

Dussard, Antoine,

De Montauban, juge ordinaire au présidial de
cette ville, a fait un traité de la Variété Des crimes
et commenta un commentaire de Leg. Jul. majorat.
Il fut chassé de Montauban par les huguenots,
rayonné de ses biens et se retira à Toulouse où il
cultiva la poésie.

Bolquet en parle dans son histoire des troubles
advenus en la ville de Toulouse en 1562.



CN

D E P^o XVI - 37

POENARVM VARIETATE
Commentariolus ex diuersis Iurispruden-
tium sanctionibus, & Historiogra-
phis decerptus.

Ad Bertrandum Sabbaterium Becetæ Dominum,
& Regium in Tolosano Senatu cognitorem.

Authore Anthonio du Mas Vtriusque Iuris
Doctore, Iudicéque Ordinario
Cadurci, & Montifalbani.

TOLOSÆ,
Ex Prælo Iacobi Colomerii, Academiæ Tolosanae
Typographi. 1561.



ADORNATISSIMVM
Virum Bertandum Sabbaterium Beceta Do-
minum, & Regium in Senatu Tolofano
cognitorem.

ANTHONIVS DVMas.
S.



V' M paucis ab hinc diebus me ami-
co, & familiari excepisses conuiuio,
Sabbateri Regie cognitor vigilantif-
sime, & fidelissime, pro tuo nūquam,
fatis laudato more in multorum, &
eorum quidem Reipu. utilissimorum mentionem,
incidisti: inter quæ illud mihi penitus memoriæ in-
hæsit, quod de recta Reipubli. administratione non
minus grauitè, quam sapienter ex Theophrasti
sententia protulisti: Qui interrogatus Quid præ-
cæteris Rempubli. saluam, & incolumen diu-
tissimè tueretur, & asseruaret: Respondit, honor, &
pcena. Nam verissimè Lycurgus existimauit Remp-
integram consistere nequire, nisi in qua boni præ-
miis decorantur, mali contrâ dedecore infamantur.
Proinde ad malorum coërcionem plurima suppli-
ciorum, & pcenarum genera excogitata esse, & vfi-
tata: quæ licet nonnullis crudelia, trucia, & ab omni

humanitate aliena videantur, adeò tamen sunt necessaria, vt sine iis populus neque diuinis, neque humanis legibus morem gesturus sit: quin habenis virtutum proiectis, metuque, & poenarum terrore decusso in omne genus flagitiorum pronus irrueret: prauorum hominum temeritas, & audacia, bonorũ modestiam, & mansuetudinem pessundaret: Paucis, nisi poenarũ timor obsisteret, nulli (vt dixit Cassius) probo quietè, & securè viuere liceret. Quod si Dei, & principum legibus obtẽperaretur, haud quaquã opus foret tam horrendis exemplaribus, & miserandis, tristibusque spectaculis. Sed cum in fecundissima culpæ secula inciderimus, necessum est, vt (quẽadmodum archibusiorum maximorum globi fulminea vi eiecti plurimorum terrore, paucorum tamen excidio labant: sic iudicia, pauculis plectendis, toti populo formidinem incutiant) perdit, & conclamati de medio sufferantur, qui suo exemplo alios à malis facinoribus remorentur. Ac iis, de quorum vita etiam num aliquid spei superest, nec prorsus occaluerunt, parcatur. Nam sicuti Sylla in bello sociali dux veniã dedit militibus, qui in seditione Albinũ virũ prætorium occiderũt, quòd speraret se iis cõdonatæ vitæ beneficiũ memoriã repetentibus, post eã in prælio promptioribus vsurum: Sic principes erga

eos faciles sint, & misericordes, quorum industria deinceps Reip. vsui esse possit. Hæc quidem & longè plura in hanc sententiã abs te dicta primùm me delectarunt: deinde impulerunt vt hos de pœnis cõmentarios in lucem tuo nomini dedicatos emitterẽ. Par enim esse iudicauĩ, vt ad eum mensis referatur, abs quo ferendi sumptũ est initium. Cæterùm quod tantillo tempore pensum istud persoluerim, effecit summum quo fruor apud vos, otium: Sum enim nunc, (vt nosti) publicis negotiis vacuus: liberiũtq; licet per iuris, legumque penetralia vagari, latiusque per historiographorũ campos spatari. Itaque quas alii horas in fritillum, nos in congerenda hæc commentaria insumpsimus: quibus titulum de varietate pœnarum præfiximus, quem licet multi libri iamdiu in lucem emissi præ se ferant, multò tamen aliud est meum ab illis institutum: Nam (vt vnum producam) Tiraquellus vir multę lectionis, & acris iudicii (quo sumus vsi familiariter quo tempore Pictauis leges interpretamur) potius de pœnarum imminutione, quam de pœnis in genere scripsisse videtur. Verborum splendorem, & phaleras non sumus venati: quia vt canit Boëtius.

Ornari res ipsa negat, contenta doceri.

Pretereã nolimus a receptis abscedere vocabulis,

vt potè qui vel a minimis intelligi cupiamus. Acci-
pies igitur hoc quicquid est libelli ^{libelli} ~~symboli~~ ^{studii} ~~studii~~
~~si~~ mei erga te animi. Si fensero ipsum ^{libelli} ~~tu~~ ^{federe} ~~ani-~~
~~mo~~, animum mihi, ad maiora in lucem propediem
emitenda, augebis.

AD EVNDEM D. VERSI-
culi acceptorum testes beneficiorum.

Sic tibi sic faueant superi, Bertrande, Beentque,
Vt mihi fauisti quando ego captus eram.
Cum mea vita esset dubiis districta periculis,
Atque necem præter, spes mihi nulla foret,
Regius est quæstor, villæ dominus mihi missus
Abs te, quo duce sum redditus ipse mihi.
Quo sine me iamdiu clausisset terra caducum:
Vestrum igitur vitam debeo vtrique meam.

AD IO. BURNETVM I. D.

Archigrammateum, Scribamq; apud Senatum
Tolosanum integerrimum

Epigramma.

Quando Senatores mecum Lactora tenebat

Captos, nec quisquam sat sibi tutus erat,

Diceris è nostro traxisse dolore dolorem,

Et casus nostros fata putasse tua.

Vnde mei tibi amor, quæ res te duxit, vt illum

Lugeres, notus qui tibi ~~non~~^{non} fuerat?

Scilicet humani est animi candor, probitasq; ,

Mœrorem vt miseri iudicet esse suum.

Religioq; Dei, cuius studiosus haberis,

Herculeo nodo me tibi iure ligat.

Ergo pia pro mente tua, studioque fideli

Det Deus vt noceant nulla pericla tibi.

NICOLAUS DV MAS

Inris Baccalarius, Authoris filius ad

libellum Decastichon.

Virgulto quatitur spectante leone catellus:

Mitior aspectis fiat vt ipse plagis.

fastidiosa ad d. f. r. d. s. alios.

Campestrique lupos Britones de robore pendunt.

Vt pensos cernens, cætera turba tremat.

Nonnullos flagris Iudex, alios nece plectit:

Nam sceleri æquanda est pœna seuera suo.

Vt quos non retinent mitis virtutis habenæ,

Hos timor exitii cogat in officium.

Nó sine fruge leget prauusque, bonusque volumē:

Hic deuitabit, inquit at ille scelus.

I O A N N E S D V M A S

Iuris candidatus aut horis filius ad libellum

Decastichon.

Ne te, parue liber, moueant fastidia nostrī

Temporis: vtilibus laus sua semper erit.

Maxima Amazonidos putrescit pagina maris:

At Persi paruum nunc quoque floret opus.

Non libri moles ingens, sed sensa probantur:

Et cedunt paruis marmora chrysolitis.

Quas Prisci pœnas variis scripsere papyris,

Ordine concinno parue libelle, refers.

Quare progreditor vulgi securus inertis:

Sat si te docti, dextra, libelle, terat.

A R G V M E N T V M.


Nullum est malum in Repu. perniciosius, nec unde plura detrimenta proueniant, quàm si mali impunè peccēt: quos plecti legibus diuinis, ac humanis iussum est.

Iudices autem (quemadmodum & leges ipse)
integri, neque atroces, neque clementes
esse debent.



A R C V S Cato, cui S.P.Q.R. cōsularē statuā in Senatu propterea erexit quòd ab eo restituti essent boni mores, dictabat nihil in Republ. perniciosius, nihilque pestilentius malorum impunitate: quippe quæ semper ad peiora inuitet. Addebat, magistrarum de Republ. quàm pessimè mereri. Ideo lapidibus obruendum, qui scelerum licentiā ad scelera inuiraret. Digna me Hercule viro censorio sententia, quæque literis aureis, & si quid auro sit preciosius, in Senatu scribatur, oculis, mentique iudicum, & omnino eorum, qui Reipub. gubernaculis præsumt, semper obuersetur. Nam ciuitatis corpus ex variis artibus, prorsusque discrepantibus constructum est, quorum ex quibus

B Ode



DE POENARVM

Oderunt peccare boni virtutis amore:

Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Neceſſum eſt bonos præmio donare: malos vero pœnis coercere, & acerbo grauiorum ſuppliciorum cruciatu ne probis noceant, cohibere: quod niſi ſedulo fiat de Reipub. ſalute actum eſt: Nuſquam modeſta ſimplicitas, & ſimplex modeſtia bonorum tuta erit: prauorum temeritate, & audacia, peruertetur quicquid eſt honeſti, quo Reſpub. ſulcitur & ſeruat: Leges exulabunt: magiſtratum tolletur authoritas: perdito nefandorū hominū arbitrio Reſpub. gubernabitur: ſi tamen eſſe poſſit vlla in tanto conflictu inteſtino. Nam ſicuti membrorum compages nequit perſiſtere concors vilibus nobilium imperium detractantibus, ſic ciuitas corruat oportet, in qua magiſtratu non paretur, in qua prauī non puniuntur, in qua ſcleroſis nullo metus fræno coercitis licet pro vœſana animi libidine quæcunque in animum induxerint & dicere, & facere. Nulla peſtis Reipub. calamitoſior, quàm ſi magiſtratus ad perditorum flagitia adnuat: neque vlla acerbior poteſt bonis inuri iniuria, quàm ſi perditis, peruerſiſq; hominibus impunè peccare per iudicium indulgentiâ concedatur. Si quidem verè, & ſapienter dixerunt

Cleo

Cleobolus Lindus Aufonio interprete.

Parcit quique malis perdere vult bonos,

Mimographus.

Bonis nocet, quisquis pepercit malis,

Salustius in Iugurtino

Hortor vos ne ignoscendo malis bonos perdatis.

Quare ea demū Respub. bene preclaréq; administratur in qua, vt voluit Lycurgus, legum beneficio licet bonis inter malos viuere, & inter nocentes, innocentibus: In qua iudicium seueritas furori prauorum terrori est. Neq; enim non sapienter Archelaus Rex Lacedemoniorū, Et Archidamus magnæ vir apud Regem authoritatis, censuerunt Carislaum socium in regno regni gubernaculis ineptum, vt quī iuxta bonis, atq; malis mitis, & mansuetus esset: sentientes virum sapientem, & regni administratione dignum ita mansuetudinem cum iustitia temperare debere, vt in bonos crudelitatem non exercent, dum erga facinorosos vtitur facilitate, & lænitate. Sed putet Solonis dictum longè verissimum, duabus rebus Rempubl. maximè contineri: præmio videlicet, & pœna: nulla enim præsentior est iniquitatis medicina, quàm si scelerati plectantur: Idcirco Plato (diuinus ille philosophus) qui ab astris sapientiam deduxisse

DE PŒNARVM

xisse fertur) iubebat pœnas publicè sumi de flagitiosis: Non quidem vt ipsorum scelus (quod patratum corrigi nequibat) emendaretur, sed vt deinceps tardiores essent ad peccandum, ne' ue quando gloriari possent, se impunè peccasse: ad hæc, vt sceleratorum tormentum exemplo esset, quo peruersi terretètur, boni verò nō pellicerentur ad peccandū. Quemadmodum enim idem in Gorgia dicit Animaduersio sceleratorum prætermissa nō solum parit legum contemptum, sed & cæteros inuitat ad scelera, & bonos corrumpit. Proinde consulit ne quis in ea ciuitate pernoctet, quam fluuius nō transfuit, & in qua (quã leges exulāt) mali non dant pœnas: Blandimentis namq;, & aplausibus vitii non medemur: quorum ea est natura, vt tegendo alantur, & crescant. Infœlixq; prorsus ea ciuitas, in qua nullum est bonorum a malis discrimen. Eiusmodi ciuitati Antisthenes Socratis discipulus minatur ruinã & exitium: vt potè quæ virtutem præmio, pœnis scelera priuet: vnde inquit Socrates tandem proueniet vt nulli sint in Republ. boni: quia nullus virtutem amplexabitur ipsam præmia si tollas. Animus namq; humanus bene a natura informatus allicitur, ducitur, trahitur honore, & gloria veris virtutū premiis.

miis. Contrà cohibetur, terretur cruciatibus, & ad æquitatem retrahitur. Itaq; cum Cotis trachū Rex acriter in subditos animaduerneret, eiq; quidam amicorum dixisset, hoc furor est, non regnum: At meus inquit, furor populum bonum, temperantem, & pium effecit. Est certè optima viuendi regula (teste Arist.) Acerbè in maleficos insurgere, & vlcisci: Multòque conducibilius est vnius membri, quàm totius corporis facere dispendium. Sed, proh dolor, sunt hodie nescio qui Sardanapali, qui tum demùm se beatè viuere credant, cum nullo ritu, ordineq; legis ex insana animi libidine voluptatibus indulgēt, sine freno in omne genus lubētias irruunt: Cum tamen Cicerò de natura tertio asserat non modò ciuitatem non posse sine legibus rectè administrari, sed ne domum quidem priuatam: leges enim virtutem præmiis, scelus suppliciis compensant: Adeò hoc nostro seculo verum est illud Liuianum, supplicii, & poenæ timor virtutis est alimentum: At prisca temporibus vt canit Ouidius.

Proq; metu populum, sine vi pudor ipse regebat:

Nullus erat iustis reddere iura labor.

Qua de causa prisca rebus in peius declinantibus octo (vt autor est Cornelius tacitus annaliũ. xx. Sup-

DE POENARVM

plicii genera excogitauere, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, seruitutem, mortem: quibus incrementē audaciam, si nihil aliud, certē remorarentur. Multō si quidem plus valet in regenda hominum multitudine poena, quā lenitas. Nam quid aliud in causa fuit vt Scipionis milites mouerent in Hispania seditionem, quā ipsius mā suetudo: E conuerso, quid Hannibalis exercitum ex diuersis populis, iisque Barbaris conflatum in concordia, & officio continuit, quā poenarum metus, & ducis seueritas: Solem mihi de mundo tollere videntur, & omnia in antiquum chaos refundere qui leges, & poenas legibus in scelerosos decretas auferunt: magistratus a Reipub. moderatione semouent, in ordinemq; redigere fatagunt: Et hi nostro seculo sunt pseudo-ministri verbi Dei, qui se metiuntur a Deo missos. Ab hac malos puniendi seueritate tanquā virtute regibus dignissima, Ægyptii suos reges Pharaones zelotes, idest scelerum vindices, nuncuparunt: quōd ad vnguem poenas de vitiiis sumerent. Porro quōd iudices regum sicut vicarii, munusq; obeant regum æquum esse, & ipsorum personā dignū existimarunt: vt quemadmodum reges incorruptē, sic & iudices legitimas ferrent sententias. Ideoq; ex ciuitati-

uitatibus clarioribus Heliopoli, Mēphi, Thebis viros virtute, moribus, & scientia prestantissimos disquisitos triginta delegerunt, quorum vnus cæteris præerat, cui data cathena variis gēmis, & lapillis ornata de collo dependebat nomine veritatis insignita: qui vnā omnes iurabant sceleratis se haud quaquā parsuros, vel si Rex ipse imperaret, aut Regia gratiā indulgeret: sed ad amussim ex legum præscripto iudicaturos: Quorū iudicandi norma adeo sincera fuit & incorrupta vt **I V D E X A E G I P T I V S** trito sermone pro iustissimovsurpetur. Hinc Crysippi imago iusticiæ ostendebat iudicem in sceleratos oportere esse seuerū, implacabilē, incorruptū inadulabilē, immisericordē, erectum, arduū, potentē vi & maiestate æquiritatis terrificū. Imaginis delineationē leges apud Aulum Geliū lib. xiii. c. iiii. Ad hanc imaginem accedit quod teste Diodoro lib. ii. Symmachi ægyptiorū Regis sepulchro inscriptum fuit, vbi ex ordine iudicū simulacra disposita visebantur, à quorū principis collo perpensa pendebat veritas: Ipsiusq; principis effigies oculis clausis, circūiecto librorū cumulo cernebatur: Oculi clausi denotabant iudicū integritatē: librorū cumulus designabat iudices nihil quicquā iudicare fretos ppria sentētia debere:

D E P O E N A R V M.

verum omnia ad legum prescripta, & dictata referre oportere. Herculis itaq; nomē magnū, & memorabile quòd ex lege Talionis latrones, ac tyrānos eādē pœnā cōfecerit, quā ipsi in alios exercuissent. Damascum enim de altissima rupe præcipitavit. Busyridem parentavit. Antæum palestra superatum occidit. Cynum gladiatorem more gladiatorum peremit. Termerum capita humana confringentem eādē pœnā affecit: hinc T E R M E R I A M A L L A dicimus, quū sceleri pœna respondet. Veteres adeò necessariam, & compendiosam existimarunt prauorum hominum sublationem, vt eorum interfectores vitā defunctos honoribus diuinis prosequerentur: veluti Iouem secundum, quòd viuens orbem peragrasset, & sceleratos, impiosq; sustulisset: Diod. libro secundo. Posteaque vulgò creditum est, nunc per fidem certissimum tenemus, Deum de vitiis hominum pœnas sumere: si non citò, at certè tandē. Itaq; antiquitas Iouem Aristothechnā, vt refert Pinda. vocitavit quòd errogandæ pœnæ inenarrabilis esset artifex: nam vt canit Homerus.

*Iuppiter haud quamuis subito sit criminis ultor
Fœnore post illud longè grauiore recenset.*

Cui affine est illud Cæsaris commenta. libro sexto
con-

Consuevit, inquit, Deus secūdiore inter dum res ad diuturnitatem impunitatis concedere iis, quos pro scelere vlcisci vult, vt grauius ex rerum commutatione dolerent. Autumarūntq; antiqui Deo malorum supplicia esse oblectamēto: hinc cū quis perditus ad supplicium traheretur, exaudiebatur vox populi gaudio perfusi *Nunc Dii beati*. Neque nō Deo iustissimo indignum putabant si scelerati perpetua fruerentur commoditate: vnde prouerbialis sententia *Probrum est Deo si res malis sint prosperiores*. Dei vindictam intermissam fabularum inuolucris antiquitas obuelauit, dū furias, & Erymnes scelerum vltrices decantat. Quæ ob id depinguntur virgines, quōd quamuis pœnas differant, incorruptè tamen puniant. Delati autem iudicii nostra nobis testis est conscientia, quæ assiduo metu premit, torquet, vexat, nec vnquā sinit nos quiescere. Id ipsum, sed apertius paulo denotarunt: Iupiter in quiebant, in diphtedra, id est pelle caprina, hominū facta perscribit, qui cum pro sceleribus pœnas luunt, tūm Iupiter dicitur Diphtedram inspexisse, hoc est punitionem quidem intermisisse, non autem omisisse: hinc *Delphinus gladius* ad hoc fabrefactus, vt eo victimas mactarent, & nocentes afficerent extremo supplicio, testis

DE POENARVM.

Aristo. politicorum primo, hinc Eurypides in Orestem pium parricidam.

Fatale est illi ense Delphico mori.

Tardè quidem ad sui vindictam diuina procedit ira, sed tarditatem supplicii grauitate compensat: neque enim vllum est (vt priscis persuasum fuit) sacrificium Deo perinde acceptum, atq; cum icelerati pēdunt pœnas criminum patratorum. Ea est Dei iusticia vt tandem (quemadmodum in prouerbio est) nocentem reperiat, pœnas dilatas prauus persoluat: quia teste Theocrito Edil x.

Inuenit Deus impium: habes quæ olim cupiebas.

Huc facit & illud Homeri.

Ducit numen malos ad pœnas.

Est iusticiæ oculus, qui omnia videt.

Dei pœnas non effugiet mortalis.

Te latiturum semper ne putes improbus cum sis:

Acer Dei oculus est ad omnia videndum.

Itaq; teste Euripide, Deus non semper segnis est ad sumendas de malis pœnas: sed quo scelerati tardius in molares deorum incidunt, eò grauius torquetur. Fuit quoddam tempus, quo homines vitam degabant beluinam: legibus deinde latis ceperunt facinora eorum, qui delinquerent, coerceri: Cæterùm
cùm

cum manifesta tantummodo puniretur, ne clam quoque peccaretur, à viris prudentissimis etiam Ethnicis solo lumine naturali ductis, quippe qui vera religione careret persuasum fuit hominibus etiam principibus, esse in caelis Deum malis infestum, qui propter secreta facinora aut manifesta quae ab hominibus vindicari non possent, ab iis poenas exigeret, quae legibus non dedissent. Eam ob causam legis prudentia, & Theologia fuerunt excogitatae, & introductae, ut altera manifesti mali, altera secreti vindex esset. Itaque Theologi, iurisprudentes dicti fuerunt, Teste Ulpiano. l. i. ff. de iusti. & iure. Qui legibus sanctis effroenem prauorum hominum libidinem constringerent. Ac quoniam non prorsus hominum, sed Dei maxime iudicio mali puniuntur, nullus quisquam debet lugere ipsorum interitum, Calistratus, iurisco. in l. obseruandum. ff. de officio praesidis. Cui consonum est illud Homericum.

*Hos lugere nefas, qui deus ultoribus ipsis
Ob sua dementes perierunt impia facta.*

Idem alibi.

*Caelestes hominum non impia facta tuentur
Quin plectunt, aequamque serunt pro crimine poenam.*

Rationem subdit,

Hunc Deus ut pereat priuauit lumine mentis.

Qua poenam nulla potest à Deo maior in homines immitteri quam ut videtes non videant & audientes non audiant.

DE POENARVM.

Quare David in Idololatrias, & eos, qui Deū verum negligunt non atrociores pœnas exigit, quàm vt similes fiant iis, quæ colunt, idolis: Psal. cxiii. in libris Regū simile huic dicitur infatua Domine consilium Architophel. Adeoq; hominibus persuasum fuit scelerosos diuinitus supplicia luere, vt olim apud Germanos, referente in commentariis Cæsare, nullus in quemquam, preterquam Sacerdos animaduerneret: vt non humano, sed diuino imperio pœnæ exigi viderentur. Sed quid in prophanis literis diutius morā protrahimus, cum sacra pagina nusquam non ostendat deo cordi esse, vt de malis sumatur supplicium, Dei mandato leges a Mose latæ sunt in blasphemos, adulteros, homicidas, quos penè omnes morti adiudicabat: vt scribi. in Exod. Leuitico, & Deutero. Mulierem, quæ die Sabbatū ligna colligebat Deus iussit lapidibus obrui. Lex est in homicidas Gene. ix. Achā Dei iussu interfectus est Iosue. vii. Phinees laudatus quòd hebreum coeuntem cū madianitide contra legem occiderit. Matathiæ Machabæi patri laudi versum est, quòd eum qui Idolis sacrificabat, cōfecisset. Saul rex à dño reprehenditur quòd regi infideli, quē dñs iussérat interfici, pepercisset: Regū. i. c. xv. Itidē Heli sacerdos quod filios nō punierit. Deus etiā præcepit

VARIETATE. 7.

cepit magistratibus, vt exerccāt vindictā í sceleratos, vt vtantur gladio iuxta leges Deut.xix.Prouocatur Deus ad irā (inquit diuus Augustinus)cū delicta nō vindicantur:cuius verba comperies in c.si ea.c.si vindicta.xxiiii.q.iiii.Quare Iudex non debet intueri sceleratum oculo miti & misericordi aspicere:vnde Crisostomus si ira, inquit,nō fuerit,nec iudicia stāt, nec crimina compescuntur:iusta ira est mater disciplinæ.Itaque non solū non peccat qui cum causā irascitur, sed é contrario nisi iratus fuerit, peccat: Ea patientia vitia seminat, & negligentias nutrit:& non solum malos, sed etiam bonos inuitat ad malum.Diuus Augusti.ita loquitur, irasci peccanti, vt corrigatur:contristari pro afflicto, vt liberetur: Timere periclitanti ne pereat, nescio vtrum quisquam sana cōsideratione reprehēdat.In malos qui excādescit, bene agit:Ecclesia.xx.Christus nobis succēset vt nos à peccato, terrore suæ indignationis conuertat.c.fed & de pœniten.disti.prima.Ira magistratui est necessaria ad tuendas leges improbósq; coercendos.Si ira à Rege auferatur non modo ei nemo parebit, sed vnusquisque alium violabit impunè. Diuus Hieronimus ad Macedonianum eos iudices commendat, qui sunt acres scelestorum persecutores:quod non frustra in-

DE POENARVM

stituta á Deo regis potestas, ius cognitoris, vngulæ carnificis, arma militum, disciplina, & seueritas dominantis: omnia enim ista habent modos, causas, rationes, vtilitates: hæc cum timentur mali emendantur, & boni quietè inter malos degunt. Idem Ezech. c.iii. Qui malos inquit, percutit & habet vasa interfectionis, vt occidat pessimos, minister Dei est. Et super Hieremiã dicit nõ esse sanguinis effusionè punire scelerosos, sed legum ministerium: Nec iudicè crudelè, qui malos iugulat: licet talis ab impiis videatur. Deus placatur malorum correctione: c. Quæsitum xxiii. quæst. iiii. Gregorius scribens ad Brunichildem Frãcorũ Reginã asserit, Deũ irasci, si iudices differat delicta v̄dicare. c. si quos eadẽ causã, & quæst. Nimia pietas reprehenditur à iurisconsulto in. l. Eleganter. § Item labeo. ff. de dolo. l. si hominẽ. ff. de posi. Nõ potest certè, nõ potest cõsistere hominũ inter seipos societas, nisi mali (inutilia terræ p̄dera, scelerũmq; exẽpla) disquirantur & puniantur: Hęc faciunt cessare Epicureos furores, periuria, parricidia, homicidia, libidines, furta & alia sceleta. Si mali non punirentur, quid orbis esset aliud quàm *Circus diuersoriũ*, in quo homines cõmutati in lupos, leones, porcos, vultures, aliorũmq; brutorũ species circũfusi affectib⁹ prauis,

bel-

beluinis, ferinifq; moribus, exuta prorsus humanitate degerent: videres etiam leges tum diuinas tum humanas esse contemptui: Et vnũquẽq; vt maximè nequam, robustũ, temerariũ, factiosum, turbulentum bonis dominari: A Tyrãnis quãlibet fera truculentiõibus infontes vexari, & occidi. Ecce quid Theophilus Episcopus Alexandrinus libro.iii. Pascal. interprete Hiero. libertas præsentium vitiorũ futura germinat: negligentia eorum qui possunt prohibere fons est ac seminarium futurorum. Quæ cũ ita sint, qui possunt prohibere peccantes, & laboris fuga inertiq; silentio dissimulant & crescere patiuntur mala, participes eorum rectissimè iudicabuntur, auctores scelerũ sunt & negligentię pœnas luent: dum irrationabile ociũ sudori vlciscẽtium prætulerunt: malentes quietem culpabilem, quàm seueritatẽ vitia succidentẽ. Silcant ergo, qui barbaro ore barbariorẽq; mente vociferatur iudicem nõ posse simul esse piũ, & seuerũ: Cũ iudici gladius à lege nõ solum humanã, verũ etiam diuinã porrigatur. Quin iudices, quàm lex clemẽtiores, lege puniantur. l. fin. C. ne sacrũ baptis. reiteretur. Quẽadmodũ etiam puniuntur si seueriores lege sint. l. ii. l. iubem⁹. l. præcipere. ff. ad legẽ Iul. repetũd. Et si ex causa seniores sint, id eos facere oportet prícipe pri⁹

DE POENARVM

consulto. l. diui fratres. ff. de pœnis. l. prima. §. si. ff. de
 quæst. Quæ laxior indulgentia in causa fuit vt Cam-
 bises Persarum Rex præfidi pellem detrahi iusserit:
 Et Collatinus à Romano consulatu primùm, dein-
 de Roma sit depulsus: quòd Aquilios criminis per-
 duellionatus reos absolueret têtasset, Dionis. Halicar.
 libro. v. Carolus quintus Rex vtriúsq; Siciliae, atque
 Andegavorum Dux iussit Iudicem laqueo necari:
 qui homicidam amputatione manus tantùm punie-
 rat, testis Lucas de Penna in. l. prima. C. de desert. fa-
 cit text. in. l. prima. l. Christianis. C. de Paga. l. ii. C. de
 Sepulchro viol. l. fi. C. ad legem Iuliam de vi publi. l.
 precepit. C. de cano. largi. titulo. libro. x. Ibi eandem
 pœnam formidatibus. l. ii. C. de commerciis & mer.
 Cicero affirmat eos, qui facinorosos absoluunt tam
 grande facinus, quam reos ipsos committere. In ver-
 rem enim ita scribit, non istum maius in se scelus cõ-
 cepisse cum phana spoliaret, cum tot homines inno-
 centes necaret, cum ciues Romanos morte, crucia-
 tu, cruce afficeret, cum prædones, duces acceptâ pe-
 cuniâ dimitteret: quàm eos, qui istum tot, tantis, tam
 nefariis sceleribus coopertum iurati sententiâ suâ li-
 berarent. Et cum vix vnquam crimina sine delatori-
 bus in iudicium cognitionem veniant, Romanis lō-

go temporis tractu placuit lex Papia, qua delatoribus præmia constituebantur. Nam cum facinorosi quidam, & perditii homines clandestina facinora admitterent, quæ ad perniciem, & commune tendebat exitium, vtile visum est plures esse delatores, qui præmio allecti scelera denunciarent: iis itaque præmium fuit multæ dimidium, Meminit Appianus in bellis civilibus: Cicero pro Roscio Ameri. dicit vtile esse vt in vrbe multi sint accusatores, quò audacia sceleratorum hominum metu cohibeatur. Tiberius Imperator cum ageretur in Senatu de abrogandis præmiis delatorum, respondit, iura subuerti si legum custodes amouerentur. Constantinus magnus delatores ingenti studio fouebat, eosque admittebat. Plato dialog. de legi. xi. Laudat eos, qui non liuore inuidiæ, sed zelo iusticiæ, odio scelerum, & publicæ salutis causâ ad accusationem procedunt. Idem fecerunt Imperatores Valenti. & Valens fratres in. l. vnica. C. de famo. libel. Olim (teste Asconio pœdiano) Romæ adolescentes laudem consequerentur ex accusatione virorum illustrium. Laudatus P. Sulpitius, quòd C. Norbanum ciuem sediciosum, & inutilem in iudicium vocasset. Mutius quòd Albutinum, Caluus Vatinium, Iulius Cæsar anno ætatis suæ. xxi.

D E P O E N A R V M

C. Dolabellam accusauit, Asinius pollio ætate Cæsari æqualis Catonem, L. Crassus Carbonē, C. Furnius M. Æquiliū tunc summos viros accusarunt: eorūque industria in iis laudata est. Laude sua nō sunt fraudandi, qui sceleratos Reip. & singulorum hostes vlcisci conantur: Imò impium & nefariū est eos defendere, qui peiora sint commissuri, si non deferantur. Nero quartam partem bonorum eorum, qui accusati essent, dedit delatoribus: hinc dicti fuere quadruplatores. Præmia etiam lege Regia in Gallia dantur delatoribus in certis criminibus, vt videre potes in ord. Regis. Iustinianus Imperator dixit iudicem iuris & iusticiæ proditorem, Reip. hostem, qui reos criminum absoluit §. si tamen in Auten. vt diferentes iud. §. homicidia in Aut. de manda. princip. ob idque infamiam incurrit l. seruos C. de vi publi. Punitur iudex bonorum amissione l. prima C. de deser. Alibi de cē libris auri aut exilio: in Auten. vt neq; miles neq; fœderatus. Tenetur & crimine læsæ maiestatis ex sententia Baldi ex l. prima C. de priua. carce. nam in iudice primus innocentiae gradus est scelera, & eorum authores odisse, c. facientes. xxxvi. dist. Seueritas iudicis omnino clementiæ præferenda est: quia seueritate vnicus offendi videtur, isque improbus: præstat autem

autem multò vnus improbi supplicio multorum improborum improbitatem coercere, quàm propter multos improbos vni parcere improbo. Cùm iudicis indulgentiâ (vt dicebat Ægidius Cardinalis) lex, rex, grex offendantur: Eadêmque (vt scribit Salustius in Iugurtino) boni fiunt segniores, improbi improbiores: tex. in cap. iniusta. xxiii. quæst. iiii. Spe veniæ qui magnam &c. nequiores prætereà eâdem de causâ fiunt: c. vt famæ: de sente. excom. Illaudata bonitas quæ inimica est iusticiæ, quæque palpat criminosos, & vulnera vsque ad diem iudicii seruat incurata c. si quis, l. dist. utilitas publica in hoc versatur, vt crimina puniantur: l. si à Reo. ff. de fideiuss. Benè enim regit, qui delicta corrigit l. congruit. ff. de officio præsidis. vltio delictorum interdictio est delinquendi. c. quapropter eâdem causâ, & quæst. vii. Paulus orosius dixit exempla suppliciorum cohibere audaciam delinquentium, ad mouere concios, bonos tutos reddere. Magnum & gratum sacrificium Deo offertur dum mali, qui in suam aliorumque perniciem debacchantur, vigore iusticiæ compescuntur: cap. qualibet, vigesima quarta quæst. quinta. Aliàs via delictis aperiretur c.

D E P O E N A R V M

peruenit. xiiii. disti. Seueritas in malos pietas est. C. lege. xxiiii. questi. viii. c. iustum. xxiii. questi. iiii. Ecclesia. viii. l. prima §. primo. ff. de obsequ. libert. Robertus Rex Siciliae ad hunc modum legum & mandatorum publicationem exordiebatur. *Ad bonorum custodiã, malorumque vindictam Rex gladium portat, & exercet imperij potestatem: quae dum iuste seuit in reprobos, seruat pacificos in tranquillitate securos.* Qui delinquit, non alio iudice, quam suam conscientiam indiget: Nam se iudice nemo nocens absoluitur. l. fin. C. de summa Trinita. Ibi huic fidei, &c. O. quia sunt culpae. xxviii. distin. l. Imperator. ff. de iure fisci, §. Illo tantummodo in Auten. de his qui ingressi ad appellan: Nec enim sceleratus a iudice, sed a suis criminibus patitur persecutionem. C. qui peccat, xxiiii. questi. iiii.

Iuuenalis.

*Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
Displicet auctori: prima haec est uelio, quod se
Iudice nemo nocens absoluitur: Improba quamuis
Gratia fallacis praetoris uicerit urnam.*

Ferant igitur patienter, qui iuste puniuntur:

Nam, ut canit Ouidius.

*Leuiter ex merito quicquid patiare ferendum est:
Quae uenit indignè poena dolenda uenit.*

Menan

Menander ille græcè nos latinè

Viuerè volens, non facias morte digna.

Quia perinde atque virtuti, honestòque labori ex legum præscriptione homini laus, gloria, præmia proposita sunt: Sic earundem præscripto vitiis, & criminibus sua præmia damna, ignominie, verbera, mors denique præstituta sunt: Nam vt habetur^A Cicerone pro Roscio Amerino: Quos natura in officio continere nõ potest, pœnæ magnitudine à maleficio submoueri debent. Quod cõmodè fiet si (vt voluit Plato) Iudices tales fuerint, quales ipsorum effigies in Thebis Boeticis fuerunt: oculis oclusis, ne reis conspectis amicitia, fauore, gratia, misericordia moti cõdonarent: & absque manibus, ne numerũ palpo corrumperentur: Et si exemplo Cyri iunioris neminem sinant impunè peccare. Et L. Casii. Qui scopulus reorum vocitatus est: quem Romani frequenter prætorum confirmarunt, quòd sceleratos vndiq; ad supplicium disquisitos plecteret: vt multis ætatibus *Cassius Iudex*: pro severo & inexorabili dictũ sit: Et Aureliani Impera. horum similim, cuius hæc memoratur sententia, Omnia delicta oriuntur vbi in iudicio legum seueritati detrahatur: hac enim viã euenire putabat, vt bonis ad scelera fenestra pãderetur. Qui cõ-

D E P O E N A R V M

tra leges criminosis pepercerint, iis Deus non est parciturus: Iud. xx. Zacha. xiiii. Ose x. Ecclesia. x. Prophe-
ta iii. Regum. xx. hæc Regi Achab minatur, Quia di-
misiſti virum morte dignum, erit anima tua pro ani-
ma illius, &c. Iuſſerat Moſes vt de ſemine ſuo Mo-
loch obtuliſſet, eóſque qui ſanctuarium contami-
naſſent, occidi: quos, qui facere neglexerunt dominus
ſic alloquitur: Ponam faciem meam ſuper hominem
illum, & cognationem eius: ſuccidámq; & ipſum, &
omnes, qui conſenſerunt ei vt fornicaretur cum
Moloch. Hiere. xlviii. Maledictus qui prohibet gla-
dium ſuum à ſanguine, hoc eſt qui parcit ſcleratis.
Id idem Ezech. propheta. c.iii. Inſurgant igitur in ſce-
leratos magiſtratus, eos diſquirant, ſeueriſſimè pu-
niant, ne videantur eorum eſſe fautores: atq; iuxta
prouerbiũ: *Mus aut capra mordeat nocentem. Ma-
li bibant ſua iniquitatis fecem*: Fieri enim non poteſt,
vt homines tute viuant, ſi mali ſuppliciiſ publicis nõ
tollantur. Quare Ariſtoteles Alexandro ſuadebat, vt
malos puniret, eóſq; (ſi facinus exigeret) morte ple-
cteret, ſi quidem regnum tranquillum & pacatum
veller: vincit enim ſeueritas ſalutaris inanem ſpeciem
clementiæ, & lænitatis: illa enim vt pharmacum ſce-
lera futura cohibet: hæc verò fomes eſt omnium vi-
tio-

tiorum. Quia malis ignoscere ruina est virtutis, augmentumque scelerum, ut testatur Seneca. Quamobrem ut fulmina paucorum periculo cadunt, omnium tamen metu: sic animadversiones sceleratis noceant, cæteris tamen profint: ut populus visis suppliciiis feliciter sapere discat.

ARGUMENTVM.

In crudelium legum Draconis locum mitiores substitutæ sunt: exiliūque Romanis pro morte subrogatum. Imperatorum postquam rerum potiti sunt immanitas.

Quæ obseruari solita sint cū quis ad supplicium duceretur. Litteræ absolutionis, condemnationis, & ambiguae. Accusatoris, & accusati prorogatio:

atq; utriq; potius fauendū.

Damnatorum absolutio, & absolutorum damnatio. Compendinatus reus,

& Ampliatus quis dicatur: Iudicum attentio, & erga damnatos officium.

CAPVT II.



ATHENIENSES qui tanto cæteris dicuntur fuisse excellentiores, quantum aues alias præcellat in nubibus Aquila: apud quos sapientiæ exquisitoris augustius. sacrarium fuit: ex legum Draconis tamen præscripto longo tempore vixerunt: pœnam sceleribus decreuerunt, quas tandè abrogarūt: quòd essent plus æquo seueriores: adeò vt Demades non atramento, sed sanguine scriptas dicitaret: his nãq; vel ob minîma peccata mors decernebatur, vti pro bolito stercore boum sublato, pro re hortensî ablata lex Draconis erat, *Omniùm flagitiorũ. vna pœna. mors: Qui olera aut. mollioris corticis fructus subripuerint, vt sacrilegi & homicide puniantur.* Ille ob legum seueritatem fertur præfocatus apud Æginam in theatro dum ludos spectaret, Idque populi concursu cõiiciètes in eum petasos vestesque: ab iis ergo legibus tandem paulatim recessum est, placueruntque mitiora supplicia: neque æquũ existimauerūt hominem ob rei vilis ablationem morte condemnari: sed tantum grauibus, perniciosisq; sceleribus capitalem pœnam statuerūt, quæ publicè de fontibus sumeretur, vt cæteri eorum exemplo sapèrent. Nam vt qui plètebantur infelices, sic & qui meliores fierent, aliè-
nãque

nâque poenâ fruerentur, foelices existimabant. Rectè igitur Poetus Thræsea, ^{q̄} de Claudio Thimarco Cre-
tēsi in Senatu ageretur, dixit: Leges egregias, & exēpla
honestâ apud bonos ex delictis aliorū gigni: culpâ
quàm poenam tempore priorem: emendari, quàm
peccare posterius esse: hæc Tacitus annaliū. xv. Sed
ad rem reuertamur. Romani leges à Græcis accepe-
runt, à quibus vtrinq; recessum est. Romanis nex in
tātum odiosa fuit, vt lege Portiâ cautum sit ne ciues
Romanī morte afficerentur, tum etiam ne quis Ro-
manorum carnifex esset: néve carnifex in vrbe do-
micihum haberet: néve concioni, aut legum prola-
tioni interesset. Nec solūm à nece, sed & à flagris de-
stiterunt: exilium extrema poena fuit: proinde Ci-
cero pro Ligario dicit externorum esse, non Roma-
norum morte damnare. Sylla dictator, primus ciues
Romanos morte condemnauit: antea soli criminis
Perduellionatus rei, & Vestales incestu pollutæ ne-
bantur: hæ quidem defodiebantur viua, illi ex
faxo Tarpeio præcipitabantur. Imperatores autem,
qui postea rerum potiti sunt, vindicârunt scelera in-
auditis suppliciis: igne, veneno, fame, præcipitatio-
ne, equuleo, rotâ, membrorū confragatione, & mul-
tis aliis id genus tormētis: idq; nocte more Areopa-
E gita-

DE POENARVM

gitarum fiebat : Quod tandem Senatusconsulto est prohibitum : quia nota supplicia voluerunt esse ad aliorum emendationem. Et quò quàm plurimis innotescerent, ex instituto Alexandri Severi Imperatoris, cùm reus ad patibulum ducebatur præco anteibat, qui crimina ob quæ reus puniebatur, enarrabat. Quem morem Parisii adhuc seruarunt : & hic mos fuit Tolosanorum à quingentis annis obseruatus: vt legi in antiquis histo. & monumentis. Cùm Tolosæ leges audiebamus, Anno salutis Millesimo, Quingentesimo, vigesimo quinto, præco in triuis clamauit mulierem eo die comburendam cum cane quem ad suam libidinem edocuerat, quo oblectabatur . hoc Anno Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo primo Tuba quoq; præcentum est, cùm Saluati du Vergier, mercatoris Tolosani (cui quidam inter Murellum & Tolosam insidias collocârant) interfecto & infitor cœdis conscius sententiâ decurionum capitulinorum in foro vinario sunt obtruncati. Solebant item veteres tabulam proponere, quæ crimina, ob quæ reus damnatus esset, continebat : quod ipsum etiam factum Tolosæ eiusdem Anni, mense Septembri ex sententia Ioan. Ronchoni iudicis causarum criminalium Senescallię

lię Tolosanę : in qua tabella papiracea nomen rei, patria, & crimen necisque causa visebatur. Legimus in antiqua epistola ecclesię Lugdunensis. Cũ Attalus ad supplicium duceretur, præconem præcessisse, qui clamabat, *Hic est Attalus christianus*. Præterea in vetustissima ecclesię Smyręnsis epistola cõperimus præconẽ ter exclamasse Policarpo ad mortem eunte : *Policarpus christianum se esse professus est*. Septimius Seuerus imperator Narcissum, qui Commodum suffocauerat, bestiis obiecit : Cũque ad pœnam proficisceretur, populo ad tubę clangorem vocato, præco vociferatus est, *Hic est qui Commodum suffocauit*. Itidem & Alexander Seuerus fieri iussit, cũ Vercomius Thurinus ad mortem traheretur : præco namque præcedebat clamitans, *Hic est Vercomius Thurinus, qui, quòd fumos vendidit, fumo extingetur* : huius Author est Lampridius. In Brabantia, & vicinis regionibus mane quo quis ad extremum ducendus est supplicium, auditur campana libero ære tertio agitata : quo autem virgis cæditur, vel alia pœna plectitur : vnus, atque alter tantũ auditur tinnitus. Quod & Tolosę fieri cõsuevit : nam quando hereticus aliquis (vt aiunt)

DE POENARVM

ad necem agendus est, campanæ (cui nomen Car-
 daillac) sonitu denotatur, maximè id obseruatur í vi-
 ris sacris initiatis, dum exaugurádi sunt. Apud Areo-
 pagitas Atheniensium iudices præco verabat ne quis
 proemio, & peroratione vteretur: quibus orationis
 partibus animi ad iram, misericordiam, aut aliá per-
 turbationem incendi consueuerunt. Romæ autem
 reus in iudicium veniebat vestem indutus laceram,
 vilè, squalidam, obsoletámq;, barbâ rasâ, capillo sub-
 misso: reum sequebantur amici, & propinqui, vt po-
 pulum ad misericordiam permouerent. legimus cū
 Cicerone accusato triginta hominum millia Eque-
 stris ordinis sordidas vestes induisse. Accusatis olim
 dabatur facultas se inter defendendū laudádi, quod
 ne deinde fieret Pompeius Magnus vetuit, qui lon-
 go pòst tempore, cū in Senatum venisset, vt Nu-
 mantium Plancum defenderet, laudaretq;: Cato vn⁹
 de iudicib⁹, obserasse fertur aures, ne ipsum audiret,
 dicens Pompeium latorem legis esse, & euerforem.
 Socrates de multis criminibus capitalibus, vt de vio-
 lata religione, & iuuenum corruptela accusatus, in-
 terrogatúsq; quid meruisset, noluit vti ambitu miseri-
 cordiæ: presenti itaq; & forti animo respòdit, *Se pro-*
meruisse vt in Pritaneo aleretur: Quod brauium da-
 batur

batur iis, qui bene de Rep. meriti essent: cuius respō-
 so ita iudicum ira excanduit, vt ipsum (quamuis in-
 nocētissimū) morti adiudicārint. Noluit Socrates ve-
 stem mutare, aut quicquam dicere, quò suam tuere-
 tur innocentiam: Imò orationem (fuit enim mos
 vt oratione scripta patroni reos defenderent) quam
 Lyfias pro ipsi⁹ defensione scripserat, recusauit: Neq;
 cū per portas patentes fugere liceret, voluit. Erant
 autem hisce iudicibus vrnæ duę, argentea vna, lignea
 altera: hæc condemnationis, illa absolutionis: in harū
 alteram, vel certè in quandam cistam certas literas
 coniiciebant, quibus, quid de reo sentirent designa-
 bant. literæ sunt A T. Θ Κ. Α Ν. duæ primæ literæ sa-
 lutares erant, nimirū absolutionis: duæ mediæ mor-
 tales, vt potè condemnationis: duæ postremæ indif-
 ferentes, quibus de factō non liquere designabant.
 Sed notatu dignum duco quod κ viros, η mulieres
 condemnabant. Cicero in libro de diuinatione Α li-
 teram salutarem: Κ verò tristem appellat. de O Per-
 sius satyrâ quartâ

Et potis es vitio nigrum præfigere e:

Per nigrum, mortis indicem, siue mortiferum intel-
 ligit. Ausonius epigrammate 126. in Eunum pęda-
 gogum.

DE POENARVM

*Miselle doctor, or ubi obsæno,
Tuisque nomen & scētilis signet.*

Romani etiã literis vsi sunt, vt in capitis iudicio per
 & leu " in vrnã cōiectas literas signũ mortis & capi-
 tis suppli.afficiendũ reũ notarët:per r ,& , α absolu-
 tionis:per λ verò & υ prolationis & diem diffundi,
 quòd parum liqueret de causa.Nec de calculis silen-
 tio prætereundũ,quod pro colorũ varietate variẽ fe-
 rebãtur sc̄ntetiã:Nã si alborũ,quã nigrorũ copia
 maior in vrna cõperta fuisset, re² absoluebatur:quod
 si plures nigri quã albi,cõdēnabatur.Hic mos apud
 Atheniēses fuit vsitatus:vnde Alcibiades vocatus in
 iudiciũ ab Atheniēsisibus, adesse noluit timens ne ni-
 ger calculus pro albo supponeretur.Bononiēses etiã
 nũc calculis suffragari albis,nigris refragari,Beroald²
 author est.Pithagoræ tẽpore p calculis,fabis vteban-
 tur:vnde ei² simbolũ.*A Fabis abstineto.* Hoc est à
 tractãdis Reip.negotiis,vt explicat Pluthar.in cõmẽ.
 de lib.educãdis.Præterea cretã, vniõe, cressã vel thres-
 sã norã signare, p approbare:& notare carbone pro
 reprobare etiã vsurpamus.In sentētiis ferēdis, maxi-
 mē in cõdēnando ad mortẽ,Romani operã diligen-
 tẽ, seriã & exactã adnauarũt.In primis ex ipsorũ insti-
 tuto duẽ horẽ dabãtur accusatori,reo tres:vtrĩq; vna
 die perorari iussũm:quia multi data opera in scrũ rē

trahebant, tēpúsq; diffundebant rébus non definitis: quod á Pópeio institutū fuit. Nā antea sex accusatori, nouem horæ reo dabantur. Porrò crimina ad triumuiros caufarum capitaliū deferebantur, triumuiiri ad confiliū, cui tunc tēporis prætor vrbanus præfidebat, deferebant, vel ad S.P.Q.R. Quemadmodū nostri triumuiiri, decuriæ, fiscali principes: Tu inquam, Sabbateri Regis, populiq; adionū cognitor vigilantiffime, cum duobus Thæfeis siue (vt Budeus loquitur) organis regiis caufidicis Bertrádo Daigua, & Io. Mansencalo iuris prudentiffimis, & principis, populiq; studiosiffimis: ad quos populus, tanquā ad publicę libertatis, & securitatis vindices, cófluit: quęstiones ad supremæ curiæ Senatū refertis. Postquam consultū, & decretū fuisset, triūuiiri Romę sententias capitales per publicos ministros exequiebantur: huius moris meminit Plinius, & ante eū Valcrius. Qui ducebantur ad suppliciū tria dicere ad libitū permittentur: Itaq; his eos verbis præco cómonebat, *Dicas tria ex curia*. Ægyptiorū reges condēnatis ad mortē cenæ suæ partē mittebát. Cæsarū mos fuit exquisita obsonia, partémque cenæ mittere. In Flandria, & Britannia datur potus, & alia exhibentur, quibus præsentiori animo mortem perferant: Afflicto enim non est danda afflictio, neque arundo conquassata

D E P O E N A R V M

frangenda est. Quare meritò laudantur Persæ, qui Orontem ex regio genere satrapam, & equitibus præfectum, cum ad supplicium duceretur, solito honore sint profecuti, in terram more suo procumbentes: Author Xenopho. in expeditione Cyri minoris. Veneti etiam animaduerterunt in aliquot nobiles, qui Andream Bodulum patricium dicacibus, & probrosis contumeliis affecissent, quo tempore ducebatur ad vitam laqueo terminandam: Ægnatius libr. ii. de viris illustri. Itaque Phocion, magnus ille Atheniensium Imperator iustè magistratus reprehendit, quòd non cohiberent improbos quosdam, qui in se, & socios, cum ad supplicium ducerentur, lasciuerent: nam ex inimicis quispiam factus obuius, post innumera conuitia, in faciem expuit: Tum Phocion ad magistratus respiciens. Non hunc (inquit) compestet aliquis indecorè se gerentem: vir ille sanctissimus moriturus publicæ disciplinæ curam habebat: non atrocem hanc iniuriam quæstus est: non petiit vindictam aduersus eum, qui preter leges sæuiret in hominem damnatum: tantùm cohiberi rogauit quod aduersus leges fiebat contumeliosè. Nunc quibusdã damnatis, priusquam à carcere abducantur, lingua præciditur: vt potè iis, qui propter hæresim sunt cõdemnati.

dēnati: vel saltē iis tā obstrictè obseratur os indito
 citrágulo, vt vix respirare possint: idque ideo fit, ne
 alios in sua dogmata alliciāt. Alexāder ille toti⁹ penē
 orbis monarcha suo exēplo docuit, quā incorruptè
 iudices iudicare debeant, qui orāte accusatore alte-
 ram aurium manu occludebat, vt clausā reo serua-
 retur omnis expers calumniæ: Plutarch. in eius vita.
 Licet autē vt principio actori & accusatori ex æquo fa-
 ueatur, l. de die ff. qui satisdā. cogā. In media lite vtriq;
 ex æquo, nisi in dilationibus dādis, l. fi. ff. de feriis. Sta-
 tutum tamen est, vt paribus sententiis super vindicā-
 do facinore in diuersa trahentibus, pro reo iudicare-
 tur: quem morem Romani à Græcis transfulerunt.
 Athenienses enim cū de Mitylenæis pares in v-
 tramq; partem sententias protulissent, ambiguūq;
 foret p̄ reō ne, an pro accusatore decerneretur, Dio-
 dorus effecit, vt secundum reum ferretur sententia:
 hæc Xenoph. Neq; citra rationē: quando enim in v-
 tramq; partē calculi numero pares inueniūtur, reo
 potius, quā accusatori consulendū est: quòd prom-
 piores debeamus esse iure iubente ad liberandum,
 quā ad cōdemnandum: tum quòd accusator præ-
 meditatus & paratus veniat, reus ad multa nec præ-
 uisā, nec præcogitata respōdere cogatur. Adde quod

D. E. P O E N A R V M.

de rei fortunis & vita agitur, non ita frequenter de accusatoris. Quare cum peccatum multò leuius sit nocentem absoluerè, quàm innocentem cõdemnare l. absentem ff. de pœnis, facit l. interpretatione: eodem, ad rei partes potius, quàm ad accusatoris declinandum est: præsertim in capitalibus causis: in quibus si quis peccet, homine extincto, culpa refartiri nequit: at nocens absolutus potest in iudicium retrahi, & de eo pœna sumi. Quod nobis iudicantibus contigit. Quendam enim liberum vt innocentem è carcere abire sineram⁹, qui anno postea quarto cõpertis, quibus antea carebamus testibus, in carcerem denuò actus, rem vt erat confessus est: qui tamẽ antea nullâ tormentorum vi adduci poterat, vt se homicidii authorem fateretur. Saul quoq; cum contra domini præceptũ Agag Regi pepercisset, a Samuele propheta reprehensus est: ipsèq; Agag discerptus est a Samuele primi Regum cap. xv. Et sicut de nocente absoluto supplicium tandem sumi potest, sic innocens condemnatus, vbi innocentem constiterit, absolui. Quemadmodum seruus M. Agrarii argentarii Alexandro seruo fauni regresso (quem ille ferebatur occidisse) liberari debuerat, nisi iam homicidii pœnas luisset, hæc Valerius. Iridem Iacobus Forscar⁹ ducis Venetorũ filius à Creta, in quam relegat⁹ fue-

rat, poterat reuocari, si quidem merore iniustæ condemnationis emaceratus supremū diem nondū obiuisset, cum Plæbeius animam agens nullo urgente, aut rogante vltro cōfessus est Hermolaum Donatū patriciū, & decēuirū dū è Senatu rediret noctu vno seruo tantum comitatum, qui lumen præferet (quē Iacobus Forscarus dicebatur occidisse) a se vno, & nemine prorsus conscio iugulatū. Vidimus dolo corruptorum testiū in carcerē coniectos, torturæ addictos, omnia, tormentorū impatientes, de quibus accusabantur confiteri cū tamen essent innocentes, vt ppendit Paul⁹ iuriscō. in l. Qui seruū ff. de interroga. actio: ac tādē cū stā^{tu} tēpus adesset de iis pœnas sumēdi, veros sceleris authores in iudiciū protractos, inq; infantiū locū suffectos, ex l. i. §. si. ff. de quæstio. & l. diui fratres ff. de pœnis. Sed quid vetera exempla sectamur, cū recentioribus abūdemus? Nōne funditus interierat Petrus Guerra, & Bertrāda Rolsia Arnaldi Tilhii prestigiis, nisi Martinus guerra emigrasset? Sed historiē narrādē propterea supersedeo, quod eā luculētissimè, simul & verissimè narrauerit & explicauerit dñs Io. Corasius in suprema Tolosæ curia Senator, vir cū in bonarū oīm artiū facultatibus versatissimus, tum de iure nostro quàm optimè merit⁹,

D E P O E N A R V M

qui à curia commiffus instructor & enarrator caufæ fuit . Quamobrem Tiberius Imperator lege lata fanxit, ne de iis, quos Senatus damnaffet, intra decem dies supplicium fumeretur : néve decretum, quod de alicuius capite factum effet, intra *Idem* tempus publicaretur. Prudens omnino institutum : voluit enim Imperator abfens, Senatus decreta intelligere : eaq; an iure facta effent cognoscere : hæc in Tiberio Dion. Gratianus, Valentinianus, & Theodofius Imperatores refcripferunt fententiæ latæ executionem ab Imperatore debere per triginta dies differri : vt habes in l. fi vindicari ff. de pœnis. Competendinatus reus in caufis criminalibus apud antiquos dicebatur, quem curia dimiffum fide fua effe voluit, & quem fuæ ipfius custodiæ comiffit, vt aut urbem habeat loco iuffi carceris, aut priuatâ aliquam domum : quod fieri cõfuevit ex pfonarum dignitate, & caufarum genere. Amplius reus, ex Budæi fententiâ, dicitur, cuius dâ-natio differtur : vel quia coram testes fiftendi, & cum illo comittendi : fiue (vt nunc loquimur) accarandi, vel quia nõ liquet de crimine, pœnarumve modo. Nõ liquere de caufa antiqui dicebant, quando probationes, & argumeta non fatis erant idonea, & valida ad de caufa iudicandum. Gellius libr. xiiii. c. ii. vt, inquit,

inquit, absoluerè tamen inducere in animum non
 quivi, & propterea iuravi mihi non liquere: atq; ita
 iudicatu illo solutus sum. Idem libro. xiii in Amplia-
 tos siue (vt vulgus nunc loquitur) elargitos, iudices
 maximè attètos in criminib⁹ cognoscèdis esse decet:
 Quæ res si ita se habet, iustè Sophocles à Pericle nota-
 tus est, quòd dū in foro iudiciario causam audiret, pa-
 rū admodum attètus esset. Et à Demósthene, iudices
 Atheniēsēs irrisi, qui nō solūm nō auscultarēt attètè,
 sed etiā pro capite cuiusdā dicenti obstreperent: qui-
 bus ille, paulisper (inquit) mihi autem præbete, si qui-
 dem rem narrabo nouam, ac lepidam: ad quæ ver-
 ba, cū iudices aures arrexissent. Adolescentulus, in-
 quit, asinum cōduxerat, rerum aliquid Athenis Me-
 garam deportaturus: inter eundum cum cētus meri-
 dianus ingrauesceret, nec immineret umbraculum,
 quo solis ardorem depelleret, clitellis depositis asini
 se umbrā obtegebat: cæterum Agaso id non permit-
 tebat hominem inde abigens, clamitans asinum esse
 locatum, non asini umbram: alter ex aduerso con-
 tendebat afferens etiam asini umbram à se condu-
 ctam: rixa inter eos orta, ad manus ventum, tandē
 in iudicium res vocata. Hæc locutus Demosthenes
 cū vidisset iudices diligenter auscultantes, repentè

DE POENARVM

à tribunalibus diffessit: Reuocatus à iudicibus, rogatusque vt pergeret narrare de asini vmbra, respódit, *De Asini vmbra audire libet, de vita hominis periclitantis audire grauamini.* Quo scommate grauiter perstringebat, qui attétiores essent in re nihili, quàm grauisimâ, & iudicum ingenium, mentémq; exigenti. Veruntamen non fatis est iudicem: dum quis condemnandus, aut liberandus est sese præbere attentū, cùm insuper necesse habeat condemnatos consolari mitibus, & blandusculis verbis, exponens se legibus obtemperantem, ex Reipu. compendio facere, vt ipsum morti adiudicet: neq; sponte, sed necessitate adactum: vide Platoné de legi. ix. Agripinus enitebatur ad mortem damnatis persuadere, quod ipsis expediret damnari. Non enim, inquebat, vt hostis, nõ vt latro sententiam fero, sed veluti tutor Reipu. atq; curator, Et quod medici crus, aut brachium amputari, sic ille passuro suadebat multò esse Reip. vtilius vnum membrū putre abscindere, quàm ab eo malū longè, latèq; per totum corpus serpere. Apud Cassadiorum, & Sabellicum legimus. Amalasiuntá Italiae Reginam ita reos conuictos, & morte damnatos blando sermone consolatam, vt dum plecterentur nihil sibi acerbi pati viderentur. Idem faciunt Tolosates:

lofates, cūm enim aliquem damnarunt, damnatum adit vel consiliarios quidam, vel præses, qui animū morituro addat, efficiatque vt mente cōstantiori, & firmiori supplicium perpetiatur. Ritus etiā Seneca reos dānandi scri. his verbis. Ascēdit prætor tribunal, noxiæ post terga manus ligātur, fit à præcone silentium, adhibentur deinde verba legitima, canitur ex altera parte classicum.

ARGUMENTVM.

Pœnarum diuersitas ex scelerum diuersitate ponitur. Itaque quemadmodum scelerum sic sunt plurimarum pœnarum genera. Precipitatio, laceratio, capitis amputatio, suspensio, decimatio, vicesimatio, centesimatio, in scaphis inclusio, viuorum cum cadaueribus colligatio, duplex rotæ supplicium, lapidatio, venenum, bullitio, inter tæpetes suffocatio, expositio ad bestias, submersio, equuleus ad defuncti cadauer afflictatio, pœna ignis lamine & forfici sup. inter saxa disruptio, plumbatæ, Cratis, excoriatio, sagitaria, sclopetaria, lancearia pœna, suffocatio, sui interfectio, mortis electio, fumus, condemnatio in metallaria vel ad remos, incarceration, excauitio, aquæ & ignis interdictio, animaduertio in absentiū imagines, cadaueris expositio, pecorum & rerum inanimium punitio. F iii CAP.

DE POENARVM
CAP. III.



ARIA fuere apud antiquos suppliciorum genera pro culparum, vt̄ consentaneum est, varietate. Quidā ex veteri Romanorū cōsuetudine è furca pendeabantur, nudatisq; corporibus ad mortē vsq; cędebantur, quibus tandem caput demetebatur: huius supplicii meminuit Cice. in Pisonem. Tranquil. in Nerone dicit reos suo tēpore tractos vnco gutturi inserto, tota vrbe cęsos, luto deturpatos, datos præcipes in scalas Gemonias: quibus supplicii affecti dicebantur puniri more maiorum. Hæ scalę erant admodum erectę, arduę, & asperę, procliui præcipitio terribiles, per quas præcipitata, & lapsu discerpta reorum çadavera nebulones quidam, quos vocabāt Hamotrahonas, in Tybrim, vel cloacas, sordiũmq; receptacula trahebant. Cæterũ scalis Gemoniis nomen vel à gemitu, vel à Gemonio quodam inditum est. Q. Seruilius Cepio prætura, consulatu, triumpho, pōtificatu maximo insignis, cũ è templis Tolosanis pondo argenti quinquies decies centum milia, auri verò cxv. substulisset, victus à Cimbris circa Rhodanum, vbi centum milia hominũ perdidit, in Italiam se

se recepit, in qua à Romanis captus in schalas Gemonias præcipitat⁹ est: huius historiæ meminerunt Oro.⁷¹⁶ de natura tertio, Strabo geogra. libro iiii. Gellius, & Iustinus. M. Claudius quòd tædam cum Corsis pacē fecisset: & postea tempore Tiberii Seianus eo tormēti genere perierunt. Qui in Remp. aut principem aliquid molitus fuisset, furca cervici inserta nudus per compita & vicos ducebatur virgis ad necem cæsus, mox de Saxo Tarpeio præcipitabatur, vel vnco tract⁹, in Gemonias scalas deiciebatur: tùm & cæteri, qui de læsæ maiestatis crimine damnati essent. Huius pœnæ meminit Horatius sermonum primo

Tu ne Siridama, aut Dionysi filius audes

Deicere è saxo ciues, & tradere Cadmo?

Et Lucretius antiquorum supplicia commemorans,
Carcer, & horribilis de saxo iactus eorum.

Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tædæ.

Ex hoc saxo præcipitati sunt. M. Manlius Capitolinus, Cassius vir triumphalis & consularis cùm nonnullis aliis Perduclionatus reis. E scalis, & cliuis Capitolinis (quod supplicium superiori affine est) multos legimus præcipitados. Lege duodecim tabularum falsi testes è saxo Tarpeio deiciebantur. verba legis sunt huiusmodi: *Qui falsum testi-*

G *monium*

D E P O E N A R V M.

monium dixisse conuictus erit, è saxo Tarpeio deiçitor. Æsopus ille è Phrygia fabulator, quem Apollonius apud Philoſtra. Homero, & ceteris poetis anteponit, Delphis in mare præcipitatus eſt: quòd accuſaretur auream phialam à Delphico tēplo ſubſtuliffe. Apud Theſalos loc⁹ erat, cui nomē Corui, vnde ſcelerati in præceps agebantur. Iſabel vxor Achab ex mandato Iheſu de fenestris fuit præcipitata: Regū quarto. c. ix. Sed hæc præcipitationis pœna ſublata eſt. ſi diutino ff. de pœnis. Fuerunt qui reos plumbo liquefacto, & in os inſuſo perderent: alii fractis pendentium crutibus Ignem ſubiiciebant: author Tranquillus in Nerone, & Claudio. Domitianus imperator iuſſit faces per obſcœna immitti, & ita exuri. Plutarch. meminit Diaſphendemonis ſupplicii: id erat huiusmodi: proccæ arbores multâ vi ad terram curuabantur, quib⁹ cum reorū membra eſſent alligata, vno impetu ſurſum inſurgere ſinebantur, & laniabantur: quo mortis genere Beſſus ſatrapa Alexandri ſententiâ interiit: quòd Dariuſ Perſarum regem occidiſſet. Ad huius ſupplicii crudelitatem accedit (niſi truculentior ſit) pœna quadrigarum, quâ Metiuſ Suffetiuſ quatuor equis in contrarium trahentibus diſcerptus eſt: hui⁹ ſupplicii meminerunt. Virgil. viii.

*Non procul inde Cæta Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant (at tu dictis Albane maneres)*

*Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus
Per syluas: & sparsa rorabant sanguine vepres.*

Claudianus poeta in bello Gildonico
*Et si non cupidis essem præruptus ab astris,
Exemplum sequer Tulli, laniandaq; divis
Impia diuersis aptarem membra quadrigis.*

Inuentum hoc poenæ genus ab Hercule, qui Pyrèchanem à se victum eo interemit, vt scri. Plutarchus. Carolus magnus rex Francorū, & Imperator Gabalonem proditorē hoc supplicii genere interimī iussit. Margenillus Pinguis vocitatus, qui vnà cū Guysoto præsidii nocturni, & vigilū præfecto, homines in vicis noctu repertos spoliabat, & iugulabat, hac dispalatione interēptus est Tolosæ Anno 1517. Inter octo suppliciorum genera, duo sunt in Gallia ceteris vltimatiora: Capitis amputatio, & suspensio. Capitis amputatio est, cū demetitur, separaturque caput à cæteris corporis partibus: Suspensio cum spirandi vis, ^{assua} larâ arteriâ laqueo constructa, præcluditur, ita vt homo suffocetur. Interdum reus penditur manibus distentis, sicque diffinditur, vt ab humerorum altero gladius per diaphragma ad costas infimas

DE POENARVM

(quas falsas vocant) alterius lateris penetret. Nonnunquam viuo brachia, & tibiæ, capûtq; postremò amputatur: quod supplicium apud T olosates frequêrissimũ est. Sed hi dolabra (quæ species securis est) vti consueuêre, non gladio, cum tamen gladii, quàm securis pœna sit honestior, recentiorque, & militaris. Quare Caracala apud Spartiatum ad tribunum scribens, Gladio, inquit potius quàm securi vtendũ fuit. Huiusmodi discrimen perpenditur ex l. aut damnũ ff. de pœnis. Sed de hac differentia in commentariis de homicidio. Inter supplicia Xenophontis iudicio honestissima (si quid tamen honesti in supplicio esse possit) decollatio, qua nobiles condemnati puniuntur: quòd suspensio vilium sit, & abiectorum hominum supplicium: vnde graui contumeliã nobiles se affici existimant, si laqueo suffocentur. Iustinianus tamen l. prima C. de desert. de collationem degenerem mortem appellauit. Lucas de Penna ibi dicit sordidã, ignominiosã, & incongruã, taxans nobiles qui, quàm suspendi, decollari malunt. Certè Valcrius titulo de disciplina militari suspensionem supplicium seruile vocauit. Cui simile est illud Euripidis

Turpes quidem laquei sublimes,

Et seruis indecori existimantur.

Baldus in rubri. de officio delega. Angel. in Auten. sed nouo iure C. de seruis fugi. T. Liuius Q. Fuluium foeda morte periiſſe dicit: quòd ſit à ſeruis mane cu biculum ingredientibus inuentus laqueo dependēs. Quare perquam rarò nobiles ſuſpenduntur, niſi ob proditiõẽ, vel latrociniũ: quia tunc omni priuilegio exuuntur, l. vetera C. de vet. l. prima l. 2. C. quando liceat ſine iudice ſe vindi. Accurſi⁹ in l. iii. §. pœna. C. de re mili. Eſt igitur ſuſpendiũ reorũ de plæbe ſupplii- cium, dicta l. iii. §. his qui. ff. de re mili: Hoc ſupplii- genus turpius foediũſq; effecit, quòd nefas ſit diuis li- bare de vino eius vitis, iuxta quam cadauer hominis laqueo ſtrangulati pependiſſet: Author Plinius libro xiiii. Furcæ enim vicinos locos, non ſuos dumtaxat polluere credebantur: quòd eã pœnã ſpiritus, cui na- tura excitus dari debuit, præcludatur, Plinius ii. c. xv. Suetonius in Tiberio ſcribit, Tiberiũ tempore nefas fuiſſe virginem more priſcorum Romanorũ ſtran- gulare laqueo. Quid quod non ſolũ humanis, ſed etiam diuinis literis ſuſpendii pœna dira eſt, infa- mis, & execranda. Deutero. xxi. Maledictus qui pen- det in ligno: loquitur de furcæ ſupplio: Prætereã Numeri. xv. & Iofue. vii. & cap. x. Deus imperat ido- lolatras ſuſpendio ſuffocari, vt omnium turpiſſimo,

DE POENARVM

& ignominiosissimo supplicio: tex. in l. capitaliū §. famulos. ff. de pœnis. Hoc necis genere interierunt, teste Herodoto, Histieus Milesius. Polycrates Samiorum tyrannus, & Satastes à Xerce cōdēnatus, quòd Meganisi filiam stuprasset: Daphitas poeta in Thoraçe monte, quòd in principes esset maledicus: Eugeran⁹ Magnus quæstor Regis Philippi: Iacobus Beluenfis, magnus quæstor Regis Francisci eius nominis primi. Dedecorissima, & turpissima multis visa est (vt diximus) suspendii pœna: Bartho. ramē in. l. iiii. §. primo. ff. de re mili. dicit eam pœnam non esse adeò infamem in Gallia, & Italia: Cepola consili. 40. vt nec olim apud Germanos, quemadmodū refert Bardasanes in lib. de fato. Eusebius lib. præparationis sexto refert Tibarenos eos, quos valde dilexerant in vita mortuos, patibulo suspendere solitos. Erulorum vxores, se laqueo suffocabāt super mariti sepulchrū. quod nisi fecissent perpetua ignominia notabātur, cruces non vnius quidem generis, sed aliter ab aliis fabricatæ: sunt qui capite in terram conuerso suspendant, alii per obscœna stipitem agunt, alii brachia patibulo explicuerunt: cruciarios vocat Seneca: qui tolluntur in crucem: cruciarias pœnas Sidonius Apollinaris qui & patibulati dicuntur à Plauto. Formidolosum

dolosum fuit, & omninò anceps tormenti genus, quæ decimatio, vicesimatio, vel centesimatio appellabatur: Cùm ex ceditiosis militibus forte capiebatur decimus, vicesimus, aut centesimus quisque, qui primum fustigaretur, tandem securi truncaretur: Livius, & Polibi⁹ authores. Fuit & genus supplicii inhumanum, quo rei scaphis sic includebantur, vt eorum facies, tibix & brachia solùm nuda solaribus radiis exposita (cæteris tectis) apparerēt, quæ eo, quo alebantur cibo, lacte nimirum, & melle perfusa, infinitâ muscarū turbâ alliciebāt: vnde tāta vermiculorū copia scatebat, vt nō plures olim homines ex satis serpētis dētib⁹ exilierint: à quib⁹ vermiculis reus exedebatur, & viuus vorabatur. Ab hac nō multū distat Mezentii pœna, cuius Virgil. his verbis meminit

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis

Tormenti genus, & sanis, tabòque fluenti:

Componens, manibusq; manus, atq; oribus ora.

Indi reis tibias, brachia, & dorsi spinā nudite frangēbāt: atq; semiuiuorū corpora in littoris arenā abiiciebant: eius suppli. meminit Apuleius libro. ix. dicitq; crurifragium, Plautus verò lumbifragium vocat: grauēque supplicium minabantur ei, qui miseris cibum, vel potum dedisset, aut qua in re subuenisset.

D E P O E N A R V M

Ab Indis patrū nostrorū memoria Germani, a Germanis Frācisus Gallo. rex eius nominis primus, trā
 6, stulit: cōstituítq; vtì grassatores, & latrones hoc sup-
 plicii genere plecterentur: ac semimortui ad rotarū
 radios facie in solem versa vincirentur: cauitq; ne
 quis vllō modo iis opituletur. Arbitrati sunt nonnul-
 li rotæ supplicium idem esse cum eo cuius memi-
 nimus: sed in eo plurimū hallucinantur: Nam (vt nō
 repetam de vīitata apud nos rota) ea quā plecteban-
 7 tur fontes apud antiquos, erat vndiq; acutis, & anci-
 8 pitibus ferramētis aculeata: cuius raptu exposita cor-
 pora minutim molebantur, vel conuulsā radiis len-
 titudine mortis maximo cruciatu perimebantur. Fre-
 quens fuit in antiquo testamento lapidatio, quā etiā
 Plato de legibus. ix. iubet parricidas interfici. Quem
 Lusitani in hoc imitati sunt. Athenienses, & Phoro-
 neus Argiuorum rex reos læsę maiestatis lapidabant.
 Eodem supplicii genere adulteri, & parentibus con-
 tumaces plectebantur Leuit. xxi. & xxiii. Deute. xxi.
 xxii. xxvii. Danielis xiii. Ezech. xvi. Ioannis viii. Prio-
 ribus Mosis legibus adulteri vrebantur, vt habes Ge-
 nes. xxxviii. Lapidantur apud Turcas adulteri: apud
 quos mulier adultera nuda flagris vicatim cæsa, ad
 cuius collum viscera bouis appensa sunt, lapidibus
 obruitur

obruitur:hæc Georgieuius.Macedonēs faxis homi-
 cidas perimebant.Tenedius rex adulteros securi cō-
 ficiabat,lege ab eo in hoc ædita:cuius exemplum in
 filium edidit.Proinde in numifmate iussit inculpi
 alterâ in parte securim,alterâ duos vultus ex eadem
 ceruice prominentes:meminit Stephanus de Vrbi-
 bus.M.Marcello,& T.Valerio Cons.matronę,quę
 aliis hominibus venenum coxerant,eodem in me-
 dio foro exhausto,perierunt.Venenū fuit olim vul-
 gatum mortis inferendę instrumentum:quo cecide-
 runt Socrates, Theramenes, Phocion Athenienses:
 Philopomenes Megapolitanus illustris dux Achæo-
 rum captus à Dinocrate vitam veneno finiuit.Sed
 hoc supplicii genus lege imperatoria sublatum est.
 Monetę regis adulteratores in Gallia mittuntur in
 lebetem refertum oleo,& aqua feruentibus, laqueo
 gutturi inserto,& pedibus alligato:hæc pœna huic
 scelerei propria est:quamquā aliquando capite trun-
 centur,aut suspendātur.In Tartaria orientali, si quis
regio sanguine narus læsę maiestatis conuictus fue-
rit,is duobus tapetibus inuoluitur,inter quos tādū
agitatur dum moriatur: nefas enim arbitrantur ter-
ram sanguine regis conspergi,vel ipsum pedibus cal-
cari:Præterea solem,aut aërios spiritus videre aliquē

H

EX

Callor
 Suez
 An. 1.

DE POENARVM

ex regia progenie ob sua scelera percutem nefas esse existimant. Quo supplicii genere Cublaius Magnus Tartarorum imperator substulit Naianum nepotē ex filio reum læsæ maiestatis : auth. Paulus Venetus libro ii. cap. xxxii. suæ peregr. Bestiis etiam rei obiciebantur non solum Romæ, sed & in prouinciis. Ac si fortè tanti roboris, & industrię quispiam esset, vt spectatorum oculos remorari posset, principe iubente, aut Romā mittebatur, aut vbi principi libuisset, enecabatur, l. ad bestias ff. de pœnis. Sunt qui differre putent damnatus est ad bestias, & bestiis damnatus est : quòd hi inermes exponantur, illi verò armati, aut certè non ligati : verùm hoc non satis aridet recentioribus. Hoc supplicii genus (vt ex Daniele videri potest) ortum habuit à Persis, & Assyriis. Satyrus, & Perpetua christiani, Galieno imperatore, ex sententia Taruntii præsidis, leonibus Romæ expositi, & deuorati sunt. Ignatius itidem Traiani iussu leonibus obiectus est, & discerptus. Achileus in Ægypto à Diocletiano feris obiectus est, quòd nomen imperatoris vsurpasset. In venatorium ludum, damnati feras telo venabulo, aliòue quopiam instrumento insectabantur, quas vel occiderent, vel ab iis occiderentur necesse erat. Lyfimachus quòd in Calisthenem philosophum venêficus pius fuisset, ab Alexá-

dro Magno obiectus fuit immanissimo leoni, quem tamen interfecit. Apud Ægyptios rei interdum aspidibus obiiciebantur: vt narrat Athen. lib. iiii. vbi duorum ad aspides condemnatorum meminit, qui gustato pomo citrino ipsis à caupona quadã donato, moribus lædi nõ potuerunt. Numeratur & submersio inter supplicia: Milo Crothoniates tyrãnus Pisano-
 rum, & Astorgius princeps Foro iulientiũ in mare præcipitati sunt. Gaiac⁹ Magnus quæstor Caroli Gal-
 lorũ regis septimi, quòd regios thesauros in proprios vsus conuertisset in flumen præcipitatus est. Domi-
 nũsq; de Sternaio cũ vno ordinis S. Augustini, vt in-
 quiunt, monacho in amnem Duram detrusus est. Est Germaniæ pars ad Austriam, vbi moniales incæstu
 pollutæ vnà cũ viro corruptore aquis Danubiũ sub-
 merguntur: author Pius pótifex in geographia, & post
 eũ Sabell. Hoc supplicio vtuntur Geneuenses in mere-
 trices & sodomitas. Cratis supplicium erat, quã crati
 alligatus in aquam abiiciebatur, ibique obruebatur
 lapidibus. Quæ pœna paulò grauior erat ea, quã
 olim I olosates utebantur, hi ex edicto Philippi Frã-
 corum regis cognomento Augusti, blasphemos per-
 ticã suspesos demissoria, ternis submersionibus tãdiu
 aquã obuelatos supprimebãt, dũ vel lictor, vel alius

DE POENARVM

quispiam orationem dominicam tereti quidem, & celeri sermone percurrisset: scrip. Guilhel. Benedict. in repet. c. Raynutius. dicti regis meminerunt Paul⁹ Æmil. & Gagui. Nos adolescentes etatem ferream, quâ inclusi, & constricti mergebantur sepius vidim⁹ in suburbana insula, quæ vulgo Thonis^t nuncupatur. Ioan. Bertrandus du Misuil (qui mores hominū multorum vidit, & vrbes) retulit ad hunc demergēdi morem accedere, quod montibus in Hannonia in vico, cui nomen est campus sancti Ioannis, fieri cōsuevit: non quidem ob blaphemiam (quia illic blaphemis lingua ferro candenti tranfigitur) sed ob dicacitatem, contumeliā, & honesti nominis, famæq; læsionem. Præcipitantur rei nullis vestibus exuti in aquam stagnantem, & putrem viginti quinq; pedibus altam: vnde si possint emergant: propriū est hoc supplicium iniuriosis meretricibus. Auidius Cassius decem vñica cathena vinctos demergebat. Ad crastis tormentum accedit præceps in puteum deiectio: quâ Geralda Montisregalis Vauri domina hæretica Simonis à Monteforti sententia affecta est: nam in puteū detrusa tot lapidib⁹ obducta est vt puteus cōpletus sit, Anno salutis 1211. die S. Cruci, vt inquit, sacro: author Guil. à Podio Laurentio. Parricidis suppli

supplicium fuit, vt virgis sanguineis cęsi culeo, cum cane, vipera, & simia infuerentur, & in mare, aut flumen proiicerentur: vt in rixa tam infensorum animalium, scđđ laceratione corporis, tanti sceleris immanitatem pœnas darent: & ab omni elemento cadauer repudiatũ, perpetuis fluctibus agigaretur: spiritus viuo, terra mortuo, mare fluctuati, littus eieeto denegaretur: ita viuerent dum possent: ita morerentur, vt eorum ossa terram sepulchrum hominũ, non tangerent. ita iactarentur fluctibus, vt nunquam abluerentur: ita postremò disiectarētur vt nec mortuũ ad saxa quĩdem parricidę conquiescerent. Hęc porrò bestię propterea vnã cum eo includebantur, quòd similes cum parricidis mores habere videãtur. Nam alię ex his parentes occidunt: alię cum iis pugnant. Sic volebant parricidas è natura auferre, vt repente cœlum, aërem, terram, aquam adimerent: & iis reb⁹ priuarēt, ex quibus omnia nascuntur, qui eos necassent, à quibus viuendi initium habuissent. Nudos in flumen abiici noluerunt, ne polluerent aquę elemētum, quo cœtera quę contaminata sunt, expiari putant. Culeus autem saccus erat ex bouum coriis compactus. Hoc supplicii genere P. Malleolus, quòd matrem confessisset, periuit post cymbricum bellum,

DE POENARVM

C. Mario, & L. Valerio Flacco cō. l. L. Ostius, qui patrem occiderat, confectus est anno vrbis cōditæ sexcentesimo. Huius supplicii Modestinus in titulo de parricid. meminit. Parricida, ex diui Adriani instituto ff. ad legem Pompeiam de parricid. bestiis obiiciendus est: siquidem regio, in qua parricidium admissum est, mari, aut flumine careat. Imperator Constantinus, qui & magnus cognominatus, vetuit ne parricidæ igne, aut gladio necarentur: Nā voluit eos eucleo cum bestiis includi, l. vnica C. de his, qui parentes &c. Reo tam inhumani facinoris statim folliculo lupino os obuoluebatur: & soleæ lignæ pedib⁹ induebantur: deinde in carcerem vsq; ad tēpus sumēdi supplicii coniiciebātur. Sunt qui dicant Pompeiū Strabonem Pompeiū Magni patrem, vel Cornelium Syllam hoc supplicium excogitasse, & filium Strabonis renouasse: sed hallucinantur: Nam Tarquinius Romanorum rex, ante eorum tempora eo supplicio M. Tullium decemuirum affecit: quòd librum secreta ciuiliū factorū continentem ipsius custodię commissum pecuniā corruptus, Petronio Sabino perscribendū dedisset. In Ægypto (Diodoro referente) parricidæ acutis calamis multos dies impetebātur, mox minutissimis iētibus laniabantur: ac deinde adhuc spirantes

spirâtes super prunarū acervos cōburebantur. Impē-
ratores antiqui, quos nulla satietas pœnarū cepit, tu-
nicâ reorū ad palū deligatorū igneis fomētis, vt tere-
binto illitam, sulphure & id genus aliis rebus circa pe-
ctus opplebât: quibus incēsis miserabili cruciatu reos
enecabât. Alios per vicos tractos ad palū ligatos, nu-
dōsq; forficibus ardētibus incisim, minutatimq; ex-
carnificabât ad locū supplicii trahētes. Plau. in penul.
& Gellius in noctibus Atticis supplicii candentium,
laminarū meminēre, cui⁹ rarus est vsus apud Gallos:
Sed in eius locū subiit forficū igni candentiū pœna,
qua rei inuruntur. Ipsi apud Pictauos vidimus virū
sacris initiatum sacerdotē vt dicunt, sed vt ferebatur
primū degradatū siue exanguratū, iurūq; ciuili de-
ditū: Is quod herū suū canonicū diui Hylarii noctu
strangulârat, vnâ cū tonsore facinoris socio forficib⁹
ignitis diuulsos, tandē viuos igni consumptos. Hui⁹
supplicii meminit Suppl. cronicorū. Anthonia de la
Cassanhe effecit apud adulteros suos vt maritū dor-
mientem sicâ ferirent, præmiū noctem pollicita: qua
eos non fraudauit: nam mutatis lintheaminib⁹ in eo-
dem lecto, quo maritus Iacobus Amoros cōsul Fō-
tisnouī maētatus fuerat, eâdem nocte iis concubuit:
tandem capta, condemnata à nobis, ad Senatum

DE POENARVM

Tolosanum appellauit: à quo decretum est vt forficibus ignis primùm laniaretur per vicos Montis Albanæ ciuitatis: deinde manu, & capite truncaretur: postremò cadauer vreretur. Tantum suppliciũ solet decerni in permagno crimine à Senatu Tolosano: Est enim Senatus Tolosanus in pœnis exigēdis lógè exactissimus. Itaq; his annis cùm Panelotæ Caturcensis dolo maritus telo traiectus esset, Senatus sententiã forficibus vicatim Tolosæ dilaniata, ac tandem obtruncata est. Boemundus princeps Tarentinus bello sacro, quod cõtra Sarracenos, & Turcas gestũ est duce Gothifredo, ducẽq; Lotaringiæ Asiaticos quosdã nobiles, qui nostris inmixti, in consilium adhibiti secreta Turcis pandebant, verubus affixos prunis ardẽtibus subiectos torpẽri iussit, & ita necari: P. Æmilius belli sacri libro iiii. Sed nos iam satis diuagati, ad supplicium parricidarum redeamus. Apud Ægyptios si pater filium interemisset triduum integrum, ac trinoctium sese afflictere cogebatur ad defuncti cadauer ligatus. Voluerunt Ægyptii patrem tantum puniri sceleris conscientia, & cadaueris foetore: author Herodotus. Aliam parricidarum pœnã habes apud Platonem libro. ix. de legibus. Apud Persas duo erãt ingentes lapides, quorum alter humi iacebat, alter in aërem

aerem eleuatus: Super eum, qui humi iacebat caput
 rei, qui hominem veneno necasset positum, & dein-
 de cætera membra altero lapide labante, comminue-
 batur. Fuit & plumbatarum pœna, quibus rei con-
 tundebantur: cuius meminit text. in. l. ii. C. de exacto-
 rib. & in. l. iii. eodem in Theodo. l. ii. de quæst. l. om-
 nis ordo & c. Ambrosius dicit olim christianos ic-
 tibus plumbatarum interfectos: meminit in episto. li-
 bro quinto. Interdum autem reorū plumbatis con-
 tusorum vitæ parcebatur: sed relegabantur, l. vnica
 C. de his, qui poten. nomine. Excoriatio à multis in
 suppliciis fuit vsurpata. Marsias quidam tibicen
 (si quid fabulis credimus) pelle nudatus fuit. Cambi-
 ses Persarum rex Sisano iudici, qui corruptus pe-
 cuniâ iniuste iudicârat, pellem iussit detrahi, & in lo-
 ra concisa tribunal insterni, in quo Orthauem eius fi-
 lium sedere iudicem, imperauit. Testis Herod. Cleo-
 menes Spartanus iussu Ptolomei Ægyptiorum re-
 gis deglubitus est. Philippo & Galtero Danosis fra-
 tribus cutis detracta, mentula execta, caput tandem
 præcisum est: idq; ob adulterium, regnante in Gal-
 lia Philipo Pulchro. Hugo Geraldus episcopus Ca-
 turcensis, quòd Ioânem. xxii. pontificem (hic Ioan-
 nes fuit filius Arnaldi de Oza ciuis Caturcensis, ma-

DE POENARVM

tre Montisalbanae (antequam ad pontificatum pro-
ueheretur Iacob^o de Oza, qui suae ætatis anno septua-
gesimo papa creatus, viginti annis sedi apostolicæ præ-
fuit) veneno tollere tentasset, Avinione in publico
theatro mitrâ, togâ, pileo, cappâ, camisiâq; Romana
exutus, degradatus, ad perpetuos carceres condem-
natus est: verum postea sceleris atrocitate perpensâ à
Cardinale Tusculano iudicî seculari traditus, exco-
riatus, & tandem combustus anno salutis Millesimo
Trecentesimo decimo septimo. B. Guyd. episcopus
Laodonensis scripsit, supplicio que se interfuisse asse-
rit. Quare decepti fuere, Platina in cronica pôtificû,
& Baptista Ægnatius (nisi id librariorum negligentia
contigerit) qui pro Carurcensi Caruotensem scrip-
Caturcum ciuitas est Galliae Aquitanicæ, ex qua nat^o
Luterus. C. Cæsaris tempore, qui magnâ seditionem
excitauit in Romanos tunc orbis dominos, in qua
quingenta & amplius millia perierunt Carnutû Gal-
liae Celticæ vel, vt alii volunt, Bellicæ, sedes druidum.
Verustissimum est ignis supplicium, de quo mentio
fit Genes. 38. & Regum ii. cap. xxiiii. quo ex sententiâ
Hieremiæ, & Isaiaë puniendi sunt hæretici, & præci-
puè Atheismî sectatores: Eâ siquidem poenâ digni
sunt, qui Deum reliquerunt, vt docet diuus Paul. c.
sexto

sexto ad Hebræos. Itaq; Hydra sophista, qui abominã
 das excogitãrat de Deo opiniones, igne absumpt⁹ est:
 vide l. damnato C. de his qui super Relig. christia-
 nã contendunt in Theodosiano Codice, de suppli-
 cio ignis loquitur l. sacrilegi ff. ad legem Iuliam pe-
 culatus, l. capitalium, ff. de pœnis. l. vnica. ff. de Nyli
 aggeribus non tollendis. In regione Abissimorum,
 & Æthiopum vbi regnat Presterian (qui à suis Be-
 lugiam appellatur) hæretici viui comburuntur: Pau-
 lus Iouius libro historiæ decimo octauo. Sagitta-
 ria pœna in vsu est apud Hispanos maximè in graf-
 factores, viarúmque obsessores. Qui capiuntur, à
 hermandat id genus iusticiæ mirabile, vt ciuium
 fraternitas iurata ad ictum campanæ ex vrbibus
 singulis multa hominum millia armati prodeant,
 & eum qui deliquerit per vniuersam prouinciam
 prosequantur, nuntiis cursoribus ad alias omnes
 ciuitates præmissis vt penè sit impossibile euadere.
 Deprehensum palo viuum alligatum sagittis con-
 ficiunt: Musterus libro secundo. Reus parrinum (sic
 appellant eum, qui iaculandi peritissimus collima-
 ta sagitta rei præcordiã figat) eligit, qui postquam
 primus iaculatus fuerit, cæteri ita subsequuntur, vt
 eodẽ momẽto innumera in rei corp⁹ tela infigatur.

DE POENARVM

Anacharsis à Sauleo rege Scytarū sagittis confossus est. Acron à Romulo. Vitoldus Lutanixæ rex habebat in expeditionibus arcum semper tentum, & cum eo alii ad hoc deputati, vt sagittis configerent aberrantes. multosq; interemerunt. Sed hæc poena videtur ab Vlpiano sublata, laut damnum §. primo ibi, Telo, vel fustibus, ff. de pœnis. Sclopeticum supplicium, siue archibusicum perquam huic simile est: Perinde enim vt ibi rei corpus ad palum, seu arboris truncum deuincitur, parrinúsq; ab eo eligitur. Porrò sclopetis nomen à dictione sclopetus impositum est: quæ vehementē sonitū designat: à quo sonitu quidam græcā deductionem sequuti, archibusia nuncuparūt: quòd nullum instrumentum tam horrèdum fragorē erūpendo emittat. Nec longè ab hoc supplicio distat id, quo Vastius Caroli quinti Romanorū imperatoris vicarius apud Pedemontanos vsus est in duos milites perfidos, quos è sublimi loco pedib⁹ vinctos dependentes, inumeris pilarum ferreatum ictibus enecari iussit: Ferronus in historia trium regū. Lancearia poena Heluetii primi nostrā memoria vsi fuerūt. Ab iis ad alias nationes translata est: Galli dicunt *Passer par les picques.*

Antiqui fontium nonnullos fame ad mortem emacerabant

cerabant: quo mortis genere nullum est formidabilius, & miserabilius, vt testatur Homerus,

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis:

At perisse fame, res vna miserrima longè.

Hanc pœnam Græci Apocarthresin dicunt. Cui pœnæ ne vestales incæstus conuictæ adiudicatæ viderentur, postquam pontifex die statuto in sandapila per medium Romæ forū ad portam Collinam duxisset, solemnèq; carmen capite velato precatus, dicebat. *Ad foue ianuam.* Antequam vestalis foueam introiret, inferebatur lectulus, panis, lac, aqua, & oleū. Romani homines quosdam defodiebant viuos. Apud Hænonienses viri de grauioribus conuicti sceleribus & mulieres quæ fœtus suos perdiderunt in fossa septē pedes profunda viui sepeliuntur. Papyrius dux Italarum in bello sociali eos, qui militare recusarent carcere inclusos, fame longa ad mortē emacrescere cogebat. Ad hoc tam inhumanum, & plusquam ferinum suppliciū accedere mihi videtur, quod Æthiopum regibus vsitatum fuit: hi (si Diodoro credim⁹) neminem morte afficiebant: sed vnum è licitoribus, qui mortis signum proferret mittebāt, quo accepto reus domum profectus, sua sibi manu mortem inferebat, eo leti genere cuius signum elegisset. A deoq;

D E P O E N A R V M

infame fuit, & ignominiosum mortem exilio (quod Græci & Romani factitarunt) commutare, vt in colum filii iussam necem fugiētis mater laqueū iniecerit, nec priusquā strangulasset, destiterit: verebatur pia mater ne filius exulans, sibi, suisq; dedecori foret. Vitoldus Lutanix rex à se damnatis laqueum, quo se strangularent, vel quo se transfoderent gladiū, mittebat: Pius pōtifex in geographia. Cæsares cūm indicta causa morte afficere quemquam volebant, libellum mittebant signum imperatæ necis continentem: hac necis specie nullam puto dici, aut excogitari posse iniquiorem: Nam cūm omni animanti à natura datum sit, vt se tueatur: compelletur aliquis ad sibi manus violentas inferendum! Quatè non possum in animum inducere, vt Massilientium institutum approbem, quo cuiq; licebat seipsum interficere petito tamen à magistratibus veneno: apud quos venenū cicutà mistum in hunc vsum seruabatur: quod si venenum displicuisset, permissum erat eligere aliud genus mortis, impetrata tamen prius à magistratibus sui perimendi facultate: author Dion. Cūm Euphratem philosophum senilis vitæ tædium cepisset, ab Adriano Imperatore obtinuit, vt hausta cicutæ patera è viuis citra ignominiam, & infamiam decederet

ret. Apud Græcos ultimo supplicio damnatis tria deferri solebāt, Gladius, laqueus, & aconitum: vt ex his tribus quod libuisset, acceptiúsq; visum fuisset, eligerent: hinc natum adag. *E tribus vnum*: Quodquidē sumptum est à Theramene Atheniensi. Ælianus lib. iii. variæ historiæ scrip. Olympiadem matrem Alexã dri Magni Euridicę Philippi filię cicutam, laqueum & ensẽ misisse: vt è tribus vnum eligeret: & filiam laqueum delegisse: videtur tamẽ contrã in l. aut dānum §. perinde ff. de pœnis. Fuit & supplicii genus admirandum, quo fumo scelera vindicabantur: eo Thurinus iussu Alexandri Seueri suffocatus est: qui fumos rerum ab Imperatore impetrandarum venditabat. Cum apud Pictauos iura enuclearem scolasticis pro more in bacchanalibus vetulas adolescentularum subornatrices curru vehebant per urbẽ, graui plumarum fumo circumseptas: quarũ duæ inter iocos, & lusus sunt suffocatæ. Fuit & pœnę genus, quo fontes notis quibusdam priùs iniustis in aurifodinã, argentifodinã, sulphurariam, salinariam, aliorũve metallorum vestigationem condemnabantur, vel in perpetuum, vel ad tempus, hoc est decennium, vltra quod tempus, qui non damnabantur in perpetuum damnari non poterant. l. Aut

DE POENARVM

damnum, l. capitalium. ff. de poenis. Lapsò decennio nō erant serui poenæ, sed vt liberi seruiabant: vt sunt hodie, qui certo tempore remis addicti fuerunt, quo elapso si ampliùs soluti catenis nauis inseruiant, spōte id faciunt, & tum gallicè appellantur *Compagnōs de bonne voie*. Porro quidam damnabantur in metallum, quidam in opus metalli: hi leuioribus vinculis, illi grauioribus stringebantur. Qui ab opere metalli defugisset, in metallum, vt grauiorem poenam, condemnabatur, l. vt damnum. §. inter eos. ff. de poenis. Quod si quis fugisset, tempus quod supererat, duplicabatur: Itaq; si à principio fugisset, illi perpetuos viginti annos erat seruiendum. Fuerunt & qui viarum instaurationi deuouerentur. Abacus rex Ægypti nullos morte afficiebat: sed ad publica opera re seruabat: quorum operâ aggeres Nilo construxit: inutilem locorum infertiliū asperitatem magno regionis commodo læniuit. Metallariis addicti, paucos dies, propter letiferos exhalatus, viuebant: Pius pontifex in descriptione Ponti. Qui plures ad hanc rem leges videre velit, legat Titu. de poenis. In Gallia non ad metallum, sed ad remos adiudicantur. Quidam & præcipuè sacerdotes, quibus non licet interficere, teos ad murorum adiudicant angustias: quæ

poena

poena apud Gallos mortis loco substituitur. Tullianum locus erat in carcere profundus pedes duodecim, sic vndiq; vallatus, vt sceleret tenebris, situ, & odore tetto, in quem locum rei detrusi morte pledebantur. Erat & alter locus, cui nomē Sextricium, in quo rei, quos Cæsares damnassent, pledebantur. Sic & Athenienses, & Lacedemones suos habebant carceres in quibus reos pledebant. Apud Messenios carcer Thesaurus nomine, locus sub terra, in quo rei neccabatur: in eo Philopomenes necatus est. Oculorū effossione Cōstā. Impatores frequentissimè fontes punierūt. Zalcucus legē tulit, qua sanxit vt adulteris bini oculi effoderētur. Cōtigit autē vt ipsius filius in adulterio deprehēsus vtroq; oculo orbari ex lege paterna, debuerit: quod cū ne fieret Locrenses patri supplicarent, iis sic annuit, vt vnus oculorum sibi, & vnus filio adimeretur: Itaq; legi mos gestus est: & neuter Reip. inutilis remansit: author Vale. Lex Solonis fuit huiusmodi: *Qui oculum alicui eruerit, ambo ei eruantor*. Quæ Mosaica duplo est seuerior, qua dens pro dente, oculus pro oculo pendebatur: cuius legis meminit Christ⁹ Matth. v. Seueriorq; lege duodecim tabularū: cuius verba sunt *Membri rupti pœna talio esto*. In nouellis imperatoris Leonis Augusti cō-

DE POENARVM

stitutionibus hæc cōperimus: Si quis alteri oculū adimerit, idē & ei oculus adimitor. Si quis alterū utroq; oculo orbauerit, is altero oculo priuator: próq; malefica manus amputatione beſſe bonorū, qui in excæcati emolamētū cadat, multator. At si omnino pauper est, pari pœna, & qui adiutor in excæcādo fuerit, tenetor. Si qui in alijs, nō in excæcatione auxiliatrices manus præbuerit ad corporis verberati cute tenus tontionē, bonorūq; trientē pœnā sistitor. Idē Zalencus permisit reū absentem & condemnatū interim ab eo, cui obuiā fieret: quod ex lege duodecim tabularū iuebatur: Nā si quis occurrisset, cuius caput sacrū esset superis, ob ea, quæ patrafset facinora, eū nō occidere summū erat nefas, vt inferni hostiā, quæ iis reddi nō posset, nisi corpore viduatā. Si quis sacrosanctā tribunorū authoritatē violasset, eūmq; q̄s interfecisset, iure cęsus cēsebatur. L. Valcrius, & M. Horatius cōsules legē cōdiderūt, qua prohibuerūt magistratū sine puocatione creare, qui creasset, quive prouocantē necasset ipſus, & boues sacri essent: hoc est, ius fāsque esset occidi: hæc lex lata fuit anno vr̄bis cōditæ. 304. Proſcriptis, qui tēpore Syllæ pepercisset, eōſve occultasset grauiſsimè plectebatur. E cōtrario præmio donabatur, qui trucidasset: testis Apia in bellis ciuilibus. Atheniēſes ei, qui Dia

goram

goram cōdemnatū, & suppliciū fugientē occidisset, talentū edicto proposito promittebāt. Gladius nobis sæpenuerò ab ipsis porrigitur legib⁹, vt in aggressores, depopulatores agrorū, nocturnósq; fures, si se telo defenderent, & alios id genus homines: de quibus habes T. Quando liceat vnicuiq; sine iudice se vindi. Archiuum fuit apud veteres supplicium sic à loco, in quem damnati ducebātur nuncupatum: in quo qui legum placita risui habuissent, vincti cyphone, & melle delibuti quò iis apes, & muscæ molestæ forent, viginti dies perseverabant: quibus exactis, vestem induiti muliebrem detrudebantur in præceps: *Cyphon* (vnde nomē supplicio *Cyphonismus*) ligneū aut ferrēum erat instrumētū, quo reorū colla inuoluebātur, vulgus *berlinā* vocat. Inter capitales pœnas antiqui ponebāt interdictionē aque, & ignis: cui, quæ prohibita essent nullus Romanorū, aut mortalium, qui sub imperio Romano viuebat, ausus fuisset vel re vilissima subuenire. Nā cū iis rebus interdictū fuisset, sine quibus vita humana asseruari nequit, perinde habebatur, atq; mortu⁹: hæc Gel. & recēiores. Absentes cōtumaces morte dānabantur, si ipsorū scelus erat de grauiorū albo: im̄iūsq; causa si præsentis fuissent, iure ad mortē potuissēt cōdēnari: velut in crimine læsæ

DE POENARVM

maiestatis §. si. in Auth. vt determina. extrauag. ad reprimendū &c. Et extrauag. qui sint rebelles, & titu. de iud. in cle. In Gallia autē p o nni crimine ꝑceditur cōtra absentes voce præconis euocatos siue classico trib⁹ edictis, Gal *Trois briefz iours*: quib⁹ exactis reus nisi compareat, condemnatur testibus prius resumptis vt dicitur. Sed videtur contumaciæ potius, quã peccati causa damnari, l. & ideo. ff. de euct. l. qui repudiantis, ff. de inoff. testa. Siquidem post eã nō compareat, in absentiu imagines ab iis magistratibus, qui vltimi sunt eo in crimine definitores non secus atq; in homines ipsos præsentés, animaduertitur: cæduntur, exuruntur, truncantur, penduntur. Qui mos à Græcis ad nos transfluxit. Boeri⁹ decisione 215. ostēdit multos Burdegalensis Senatus arresto in effigie ignominiosè punitos. Statua Celsi in Aphrica ꝑconfulis Romani delata, in crucē sublata est populo præfultanti, non secus atq; si Celsus ipse, ob nomen, & Symbola Imperatoriã à se vendicata: author Trebellius Pollio. Francisci Rentii effigies, & Iacobi Cruçi domini de Veruius cōnsortis Lutecię est obtruncata. Otho Parmensium dominus Iacobi Archelatae statuam in Parmensi foro, tintinabulis crepitantibus, vexillis explicatis, & populo congresso exuri iussit:

atq;

atq; collectos à busto cineres in eminentissima vrbis turre ventorum flatibus exponi: quòd Archelata, dū viueret, fidei, pacisq; foedera inter ipsos percussa violasset: author Iacob. Philipp. Italus. Quod si in imaginibus absentium nomini, famæq; ignominiã inurimus, demiror quosdam hoc anno eò dementiæ progressos, vt Christi Redemptoris, virginisq; matris, & sanctorum imagines à templis substractas per lutū tractent, pendant, frangant, vrant: Idq; rege non solū non iubente, sed & prohibente. Statuæ olim erigebantur viris fortibus, & bene de Rep. meritis: quæ tamen postea deiiciebantur, si ii, quorū nomine erectæ fuerant, quid molirentur in principis, vel Reip. dispendium. Modestinus Iurisconsultus in l. eorum, ff. de pœnis. Quemadmodum legimus de statu Demosthenis, Themistoclis, Demetrii Phalerei, Sciani, Plautiani. Nunc etiam nobilium ob graue crimen damnatorum, insignia à publicis locis expunguntur: & si de iis nobilibus non sumatur pœna capitalis, vitæq; beneficio principis cōcedatur, vilescūt: nec iis postea licet nobilitatis titulum adscribere. Id stabilitū vidimus arresto Senatus Tolosani pronūciato in puluinate liliatōq; primanorum tribunali à Domino Io. Mansencallo primo in-suprema curia præside &

DE POENARVM

æquissimo, & meritisimo in nobilē quēdā à phano S. Michaelis in Rutinio. pœna grauis, nā durissimū esse dignoscitur domus progenitorū, aut alia in quibus est agnationis fama, ius, & nomen videre ad extraneos deuolutū, arma & insignia videre reuulsa. l. lex quę. C. de administrat. tutorū, dicit lex id esse etiā lugubre. Legimus statuam Miconis Pugilis dū uiuere celebrati, in mare præcipitatam quòd cadens hominē interfecisset. Eusebius libro quinto præparationis, euangel. dicit, eam statuam fuisse Diomedis Athletæ: Pausanias verò Theagenis, quæ fuit in medio foro erecta, quam quidam noctu solebat virgis verberare ob similitudinē, quæ illi cum Theagene intercesserat: ictibus mota statua in percutientis caput cadens, hominē cōfecit: mane statua in mare proiecta: Sed causa casus percepta, restituta est: hæc Nicol. leonice. libro histo. ii. c. lxvi. Ac veluti à statuis quæ sensuū expertes sunt, sic & à mortuorū cadaueribus, quæ nil sentiunt, supplicia exiguntur. Ptolomeus Ægypti rex Cleomenem Spartanum mortuū, & pelle nudatū cruci affixit. In crimine læsæ maiestatis tum diuinæ tum humanæ quæstiones habentur in vita defunctos. c. si. xxiii. quęst. ii. c. si quis de hære. l. manicheos C. eod. titu. Morte accusatio non extinguitur,

ca. accusamus §. si eo de hæret. in sexto : Bonifacius octauus cū in Italia ritus fraterculorū dānasset, Hermannī corpus, qui scētæ author fuerat, post viginti annos summa veneratione cultū, effodi iussit, & cōburi. Sic & corpus Io. Vuicles in cōsilio Constantiæ anno salutis. 1416. Iosias rex cadauera quorundā sacerdotū iam diu defunctorū effodi iussit, & cōburi ob idololatriā: id scri. in libris Regū: & apud Iosephū libro x. antiq. c. iiii. Porrò quēadmodū defuncti accusari, sic & defendi possunt: vt de eorū innocentia, vel pœnitentia appareat: glo. in cap. damnationis xxiiii. quęst. ii. doct. in c. filii de hæret. cōcludunt filios, & alios proximos, hæredesve posse defendere damnatum ad mortem pro crimine hæreseos, ante vel post mortē: vt puta quòd testes falsū deposuerint, aut alia in mediū pferre: vt legim⁹ de Ioanna Darco Lotharinga vulgò *La pucelle d'Orleās*. Aureliana virgo nūcupata, vbi etiā nūc visitur, eius super pontē effigies, quę apud cōpendium inter armatos capta ab Anglis Rhotomagi cremata est: causā denuo cognita: sceleris, de quo accusata fuerat, immunis, & exors cōperta, absoluta est, ac si tū inter homines vixisset. Raymū comes Tolosa. huius nominis. v. cū pater eiusdem nominis comes de hæresi Arriana damnatus è viuis apoplexia correptus excessisset in mēse Augu.

DE POENARVM.

anni, 1222. Petiit à summo pontifice Honorio tertio, vt sibi liceret patrem de hæresi damnatum defendere: Causa iterum cognita id obtinere non potuit, ac ne quidem vt eum in loco sacro sepeliret, quãuis diceret se probaturum patrem dum viueret, poenitentia ductum, vitam in melius commutasse: scripsit Guid, Episcopus Lodo: Ita vt eius cadauer adhuc iaceat Tolosæ in collegio diui Ioannis. Ægyptiis in more positum fuit, vt contra mortuos, & pro mortuis coram iudicibus diceretur, vt eorum corpora vel sepelirentur, vel sepultura priuarentur. Quod si accusator non probasset, graui multa puniebatur. Apud Venetos mortuo duce, ex magno concilio quinq; viri deliguntur, qui diligenter prescrutentur aliquidne dux perperam, dum viueret, commiserit contra leges, decretaque publica. Quod si quid mali patrassè comperiatur, illi ad Senatum referunt: cuius decreto pompa funebri ducibus fieri solita, priuatur &c. Auth. Gaspar Contarenus in libro de Repub. Venetorum. Indi teste Philostrato in vita Apollonii, cum quis mortuus est, diligenter exquirunt rectène an secus vixerit: si male vixisse cõperiatur, insepultus abiicitur. Athenienses maiestatis rei cadauer extra fines feris, volucribusque laniandum, & vorandum proieciabant:

iiciebant: vt legimus factū de Thucidide. Romani ca-
 dauera damnatorū necdū in scalas Gemonias abiicie-
 bant, sed & in cloacas publicas vel Tiberim. Miserā-
 da omninò strages virorum illustrium: non licuit p-
 pinquis corpora fluitantia, aut ad ripam appulsa hu-
 mo condere, aut (quod tunc fieri consueuerat) cre-
 mare: author Cornelius Tacitus. Hieremias dicit pec-
 catores non sepeliēdos sed cadauera eorum relinque-
 da in escam feris, & volatilibus. Legimus Imperatorū
 edictum, quo constitutum est damnatos vltimo sup-
 plicio, & ob scelera morte affectos insepultos, in pub-
 licis patibulis relinqueōdos, donec effluant, & putref-
 cāt ad terrorē aliorū. Legim⁹ à Domitiano impatore
 multos morti adiudicatos, & facultatibus priuatos,
 quòd à se condemnatos post necem sepulchro do-
 nassent: Dion scrip. Mithridates rex Pōti Romanos,
 Italosq; suo edicto iussit interfici, abiiciq; insepultos,
 adiecta pœna vltimi supplicii, iis qui vel sepelissent,
 vel occultassent. Eli⁹ pertinax imperator, qui Cōmo
 successit eos, qui contra ius, & fas à Commodo
 fuerant interfecti, permisit sepeliri: Quod antea non
 licebat, vnde propinqui, affines, amici gaudio & la-
 chrimis suffusi in maiorum monumentis effossa ca-
 dauera, vel à furcis asportata cōdiderunt: Dion Ni-

DE POENARVM

ce⁹ testis. Lege antiqua à Mose Dei oraculo lata cruci suffixi ad solis occasum deponēdi erāt, vt scri. Ioseph⁹ lib. Iudaici belli. 4. Moses iussit hostiū cadauera sepeliri. Æthnici, qui vera religione caruerūt hostes, q̄ in p̄liis succuibuissent, sepeliebant: vt porē Pyrrhus rex Æpirotarū rex, Annibal pœnus. Iuli⁹ Cēsar. Ex iis qui Deū agnouerūt Iesu rex q̄ iussit Iesabelis cadauer sepeliri: vt habes in lib. Reg. Iudas Macha. post prælīū, quo vicit Gorgiā, corpora hostiū sepeliri mandauit. quóq; maior foret sepulturæ cura Æthnici finxerunt insepulorum animas cētum annos errare, incertisq; vagari sedibus: vnde Virgi.

Hæc omnis quam cernis inops inhumataq; turba est:

Portitor ille Charon: si quos vehit vnda sepulti

Nec prius horrendas Ripas, aut rauca fluentia

Transportare datur, quam sedibus ossa quierunt:

Centum errant annos volitantque hæc litora circum.

Palinurus apud eundem his Æneā verbis alloquitur

Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram

Inice &c. Hoc malū Dido Æneæ se deserēti imp̄catur

Sed cadat ante diem mediaq; inhumatus arena.

Et quæ sequuntur. Xenophon verba Cyri repetens dicit corp⁹ defūcti terræ tradi, vt quasi matris operimēto obducatur. Plutarch. in Numa, eos q̄ sepulti esēt

facros

facros appellauit. Octauio Cęsar nūquā negauit corpora ad sepulturā, nec certē negāda sunt: vt docemur euange. Sed neq; de iure negari debent: vt ff. de cada. punitorū l. obnoxios C. eod. Proinde Senecę. Verſi. hūc
Nec tumulum curo ſepelit natura relictos.

Quod certē & barbariei, feritatis & immanitatis plenum. A quo non multum abſcedit, quod ſequitur:

Libera fortunę mors eſt: capit omnia tellus

Quę genuit, cęlo tegitur, qui non habet urnam.

Inhumanāq; fuit Theodori philoſo. ſentētia, quę Lyſimacho regi crucē mināti reſpōdit, nihil intereſſe an humi, an in aēre putreſſeret. Dioge. dicebat ſi canes ſuū cadauer lacerarēt Hyrcanā ſepulturā fore: ſi vultures Iberā: Si verò nullū animal accederet, ipſū tēp⁹ pulcherrimā ſibi fore ſepulturā, corpore à præcioſiſſimis reb⁹, ſole videlicet, & imbrib⁹ abſumpto. Quāquā dixerim⁹ corpora dānatorū nō eſſe denegāda ad ſepulturam petentibus: excipiuntur tamem cadauera eorum qui damnati ſunt ob læſę maięſtatis crimen l. i. ff. de cada. punitorū: Et eorū, q; ſibi mortem inferūt: q; ſepeliri non ſolēt: ſed ſub dio ſuper tabulatū quoddam præaltum extra urbē poni, vt ibi putreſcant, & eſca ſint volatilibus. Quod Athenienſes facti tabant: qui inſuper ſui homicidis manus amputabāt.

DE POENARVM.

Supplicii genus erat, quo reus in scapha ponebatur sine remis: quemadmodum Atelstanus Edinundū fluctibus marinis cum vnico comite perdendū cōmiserit: quem si fluctus ad ripā retulisset, protinus occidebatur. Apud Athenas erat in mari loc⁹, quò reus naui vehebatur, ex qua causam dicens audiebatur: quod si sceleris fuisset conuictus, nusquam terrā cōtingere licebat sub pœna mortis: Prohibebatur reus anchoris vri: nec concessum infrænare, pontē mittere: Cœl. lib. antiq. lect. x. Iudices quandoq; simulant latam esse in aliquos sententiā capitis, præcipuè in criminibus, ex quibus impēdet Reip. detrimentū. Itaq; cum iis agunt vt tantum non occidant: ad eū autem tendunt scopum, vt veritatem expiscentur, & extorqueant: vt in simili text. c. afferte mihi gladium de præsump. & hic tex. suscep. est ex tertii Regū c. iiii. Huc faciunt quæ dicit Bart. in l. de minore, §. plurimum. ff. de quæstionibus, glos. in l. prima. §. primo ff. de dolo. Tiberius, Domitianus, Commodus imperatores his vsi sunt fictionib⁹, & simulationib⁹ ad deprehendendas conspirationes in se factas: vt habes apud Corne. Tacitum, & Dionem Nicæum. Frequēter contingit vt iudices fingant se in accusatos animaduersuros, cum tamen probationes sint inualidæ

& tan

& tantum coniecturis innixæ ut rei in vitæ desperationem adducti veritatem fateantur. Sed vitæ quæ in hanc &c. Tractantur ista ab Hippo à Marcillis in l. de minore ff. de quæstio. vbi multa adducit exempla. Iudices quoq; nonnunquam fingunt decretum esse uti rei torqueantur: hæc q; via conantur veritatē elicere ducuntq; in locū quæstionis, eam preparāt ante oculos ut dicitur. Ac veluti quæstione, morte ficta, & simulata reos quandoq; ad veritatis confessionē protrahunt. Quemadmodū Franciscus Valesius rex huius nominis primus nobilem quendam eò perducere voluit, ut super theatrum oculis iam obductis, nil præter capitis demersionem expectaret: cum ecce subito ab rege nuncius, qui significaret regia reo indultum esse gratia. Quid quod interdum fictis poenis rei puniuntur, sicuti is qui Galieni imperatoris uxori vitreas margaritas pro veris vendiderat leonibus adiudicatus est. Cū itaque dies adesset, & ad spectaculum populus conuenisset, statetque miser terrore perfusus, non leones sed gallum ex antro leonū emitti iussit: cūque tam ridiculum euentum mirarentur omnes, per præconem edixit *Imposturam fecit imposturam passus est*: atque ita dimitti hominem iussit. Si homines rationis participes cuius lumine

DE POENARVM

quid in rebus boni, quidq; mali insit p̄spiciūt, p̄cenis adiudicātur haudquaquā mirū esse debet: Sed quid quod bruta rationis, & orationis beneficio destituta puniūtur? Moses Exodi. xxi. Leuit. xx. & xxi. facit tex. Gene. ix. vbi Deus, sanguinē, inquit, vestrū requiram de manu cunctarū bestiarū. Solō item voluit bestias vltimo supplicio affici. Phaleę legibus idipsum constitutū erat: leones nimirū, quibus abūdat Aphrica⁶ voluit ad portas vrbiū è furcis suspensos ad necem vsq; virgis cædi: quò aliæ bestię perterrerētur: Sic & Plato de legi. ix. tex. in c. mulier. xv. quæst. v. dicit bruta refricare indignā facti memoriā, & ob id exurēda: Nā bestię docilitate, memoria, & inter se ipsæ intelligia valēt, vt Arist. & Plinius testātur: Tū & Porphirius libro de sacrifici. tertio, dicit animalia se intelligere dum inter se loquūtur: nos tamē ea vociferari tātū existimam⁹. Idē author est multos ex antiquis intellexisse sermonē animalīū vt Melampū, Tyresīā, & Thaletē lógóq; postea tēpore Apolloniū Tyaneū vt habes apud Philostratū lib. 4. histo. Apollonius em̄ fertur itellexisse passerē crebro pipilatu reliquas suę speciei aues ad pastū cōcire ad portā vrbis, in qua ceciderat frumentū, cadēte asino: cūmq; Appollonius hominē misisset, qui hæc prescrutaretur retulissetq; rediens

rediens id verū esse: magnam astantibus ea de re admirationē præbuit: Leonū generositatē, versutiam perdicis, vrsę vafriciam, canum ingenium, & fidelitatem, serpentum astutiā, multi laudarunt. Romani annua supplicia exigebant à canibus, duo canes inter ædem iuuentutis, & sumani viui arbore suffixi sambucea, qui in excubiis nō vigilassent gallis in capitolium scandentibus, pēdebantur: author Plinius lib. xxix. histo. Guido papæ quæst. 238. asserit se vidisse in Burgundia scropham ex patibulo publico pendentem, quæ infantem in cunis repertum deuorarat. Naiacenses suę, quæ infantulū in cunabulis strangulasset ad furcas appenderunt & vulgo ob id *penietreias* dicuntur: Naiacum est oppidum Ruthenorum. Lex Sololis fuit huiusmodi. *Canis mordax trunco quatuor pedum ligatus deditor.* Ordinatione regia prohibitū fuit præfectis syluarū & ministris, qui dicuntur custodes cursorii, cæterisque officariis ducere in regis nemora canes non vinctos. Quod si canes reperiuntur in nemoribus, illis posteriora crura cæduntur: Et iterum deprehensi necantur dñsque arbitrio iudicis punitur. Plutarchus in Solone, nec pecora modò, sed & res inanimæ, à quibus quid pernicipi illatū esset, iudiciū subibant. Draconis vel (vt alii volūt) Erechetæi lege:

DE POENARVM

nam cùm Bosphonius sacerdos bouem aratorē securi percussisset, quod lege vetitum erat, in fugam se prripuit: securis dānata fuit, & extra fines proiecta. Lex Draconis hæc habet. *Qui cædem fecerit extorris esto, non solum homo, sed & bestia, atque inanimatum:* lex vero Solonis ista. *Cædis instrumenta rea peraguntur.* Legimus multas ciuitates combustas, nonnullas solo æquatas: que tunc mori dicuntur l. si vsusfructus ff. Quibus modis vsusfruct. amitta. Innocen. in c. cùm ex iniuncto de operis nunciat. Bald. in titu. de pace. Thebæ, Tyrus ab Alexādō destructæ sunt. Troia à Græcis (licet Dion Prusæus scripserit librū de Troia nunquam euersa) Beios à Camillo, Syracusæ à M. Marcello, Numantia, Carthago à Scipione Æmiliano Corinthus, Calchis à Nummio, à Tito hierosolima, Bisantium à Galieno, Saguntum ab Annibale, Palmira ab Aureliano, Roma à Totila Gothorū rege, à Dagoberto Pictauium, à Frederico Mediolanū. Antiquissima lex Gallorum sic habet. *La cité, qui n'obeira au Roy sera rasée: Ciuitas que Regi non paruerit solo equator.* Romuli tamen lege euertere captas vrbes prohibitum erat. Nostro tempore Carolus. v. imperator Gandauum ob crimen ceditionis suis dignitatibus & priuilegijs priuauit, non autem solo equa-
uit

uit. Id & olim Fulvius ardente bello Punico secūdo Capuam suis priuilegiis priuauit, interemptis auctoribus defectionis. Interdum autem non ciuitates omnino, sed muri ciuitatum euertuntur. Cato Portius proconsul in Hispania muros ciuitatum multarum ob rebellionem, eodem die dirui iussit: Plutarch. in Catone. Quem Sylla dictator sequutus, arces solo æquari mandauit, & muros ciuitatum complanari: Appian⁹ Septimius imperator Bisantii mœnia dirui iussit: Bisantiis libertatem ademit: ciuitatem suis dignitatib⁹ priuauit, fecitq; tributariam: bona ciuium publicauit: urbem florentissimam, omnemq; regionem, quæ erat sub eius urbis potestate Perinthiis cōcessit, qui Bisantio vsi sunt vt vico, & à nullo iniuriæ genere temperârunt. Franci ciuitatem muris priuatâ appellant *Cité Demantelee*. Domus Item, & villæ solo æquantur: vt olim apud Romanos Manlij, Cassij, Melij, Flacci, Saturnini, Ciceronis. Ludo. xi. & Ludo. xii. Frâcorum Reges lege lata sanxerunt, vt domus, aut castra proditorum rebelliumve diruerentur, solóque æquarentur.

ARGUMENTVM.

M

Le

DE POENARVM

Leuiiores pœnae narrantur: Vt fustigatio, auris amputatio, iniustio, manus abscisio, nasi truncatio, castratio, otiosorum subiugatio, adult. pœna, capillorum & barbae abrasio, collaria & anchoraria pœna, lingua abscisio, pertusio, infamia, magistratuuum abdicatio, scortorum & canum portatio, sacrorum interdictio & negociationis increpatio, retaliatio, ciborum cruditas: militum pœnae, infamia, obuagulatio, suis ipsius increpatio, suspensio, ad remos addictio, censorum Romanorum in pœnis irrogandis diligentia, ademptio libertatis, Selle iudicum, mensurarum, ponderum fractio.

CAP. IIII.



EXPOSITIS iam grauioribus pœnis, locus exigere videtur, vt de leuioribus dicamus. Fuit igitur fustigatio castigatio, quæ fustibus fiebat flagellis, vel virgis. Titus Liuius fustuarium meretur, inquit, qui signa relinquit, aut præsidio decedit: hinc comitiū, & virgas pati, erat in publico ad necē cedi: quod ad hunc modū fiebat: Tribunus militū vix tantū attingebat dānatū: quod vbi factū erat, omnes, qui in castris erant, conficiebāt: Meminit Polybius. Quæ pœna etiā earū numero ascribitur, quæ capitales sunt. Senatus Romanus olim dabat insigne gestamen ex vite, quo milites errantes castigabāt: refert

Plinius naturalis histo. libro xiii. Iuuenalis
Nodosam posthac frangebatur vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Flagris cœduntur hodie quâ plurimi: nō vno tantū die, sed pluribus, vel cōtinuis, vel semel in hebdomade: Ac interdum postea capite truncantur: quod apud Burdegalenses non infrequens est, si credamus Nicolao Boerio olim eius Senatus præfidi, qui ea pœna se præfide multos damnatos à Senatu fuisse tradit. Tolosæ fustigatio nō solet repeti. Flagella fiūt ex canna-be, virgis vimineis, vel quod acerbius est, ex pilis suillis, quod histriciū flagellū dicitur, vel ex neruis boū: quib⁹ vrūtur quidā crudeliores phalaride hoc nostro tēpore estq; pœna valde grauis. Ict⁹ fustiū infamat si causacognita re⁹ cēs⁹ est: Et cui p̄co clamauerit *εὐνοφάριος* l. fustib⁹, l. verū C. ex quib⁹ causis infamatio est quod canes soleam⁹ abigere fustib⁹, vel baculo: hinc si cui minitemur dicim⁹ *le te batray en vilain*. Et Goliath Philisteo grauè erat, quod se David baculo inuaderet, veluti canem, primi Regum decimo septimo. Hæc pœna furib⁹ nouellis, & primo captis peculiaris est. Magna fuit veterum in irroganda infamiae nota prudentia. Adolescentes non protin⁹ in publicū expositos (vnde iis perpetuū dedec⁹) sed

DE PŒNARVM

in atrijs, aut carcere vapulare placuit, pueros quidem furti, puellas autē libidinīs causa, adeoq; providē vt non à publicis ministris, sed alter ab altero (si duo forte peccauissent) castigaretur: quod si vnus à ministro quidē publico, sed non carnifice pœnas lucret, quibus commonefieret, & quodāmodò arceretur a flagitijs & adhortaretur ad virtutem amplexandam. Mulieres quoq; adulteras maritis repetentibus (sed prius flagris cœsas post aliquot dies) restituunt: cum mariti nolūt vxores publicè cœsum iri. Quod cum euenit iudices marito vel inuito, vel inscio mulieres antequam reddant, verberibus plectunt. Si furcs secūdo in compedes incidant, iis post publicam fustigationem auricula præciditur, qui vulgò exauriti, exauriculati siue auribus minuti, dicuntur: Quod multi à Iustinia. prohibitum arbitrantur, qui membrū prohibet furi abscindi: Auten. sed nouo iure, C. de seruis fugit. Auriculam enim, & eam, quæ circa aurem est, cartilaginem, membrū appellant: Ideò auriculæ amputatione corpus mutilari credunt. Bald. autem ibi membri incisionem esse tantum, vbi corpus mutilatur, & membri proprium officium in totum impeditur, existimat. Illa verò membrum non est: sed membri potius or̄namentū: quia ablata, auditus non datur

datur hebetior: nec aurium vis debilior. Quare membri incisio non est. l. idem Offilius ff. de ædili. edict. membrum amputari dicitur si oculus eruatur, lingua, p̄sve abscindatur. Hęc enim propriè membra sunt: vt dixit Bart. in l. publicorum ff. de publi. iud. quia his ablatis corpus proprio destitutum est officio: ea verò sine quibus corpus suo munere probè fungi potest, membra non sunt iudicanda. Cicero libro de finibus tertio videtur omnem corporis partem, etiam quæ corpori honestamento solùm est, membrum ex Demostene appellare. Morèmq; antiquorum fuisse dixit in flagitio deprehensis aurium summitates præcidi ignominia causa. Trebatius Iureconsultus (teste Vlpiano) in l. vulgaris ff. de furtis dicit eum, qui tetigit aurem alicuius, totum hominem tetigisse videri. Certè apud veteres aurum ex auricula depēdens gestare erat indicium nobilitatis. Rapturi quempiam in ius auriculas testes faciebant: Imam ipsarum partem contingentes, atq; dicentes, *Esto memor*: quòd auris memoriae sacra sit. Proinde quādo quis ad supplicium trahitur parentes filiorum aures vellicant: vt horrēdi supplicii memores, à tali facinore manus contineāt. Favēsis autem, quos græci fatmolos vocant non solùm dedecori foret auriculas amputare, sed & gra-

DE POENARVM.

uisissimo dispendio: vt potè quibus aures in tantū ex-
 crefcant, vt iis vestiū, & stratorū loco vtātur: author
 Munsterus libro cosmog. iiii. Hodie apud multos Au-
 riculæ non amputantur: sed humeris lili gallici effi-
 gies candenti cauterio inuritur: vt si postea corripia-
 tur, ea iniustio priorem indicet punitionē: & eo more
 vtitur Malardus affessor Tolosanus sceleratorū sco-
 pulus: Ac ferè obsoleuit antiquorū faciē, & præcipuè
 frontē signantiū consuetudo: nisi in grauioribus sce-
 leribus. Tum si quidem in orbe munelato medio in
 foro stigma liliatum fronti imprimunt: sicq; iniusti-
 tē in pilario circumaguntur: hos galli *fletris, pilorisés,*
floretés, vocitant. Athenienses eorū, qui ob defectio-
 nē capti essent fronti caracteres, & literas quasdā fer-
 uenti ferramēto impresserunt: testis Plutarch. in Pe-
 ricle: quo tormēti genere in Samios sæuierunt, vnde
 scomma vulgò iactatum *Samijs neminem literatiore,*
 quibus frons ita esset insignita, stigmatici appellabā-
 tur. Moses lege lata vetuit stigmata corporib⁹ inuri.
 Idem fecit & Constantinus Magnus: vt habes in l. si
 quis C. de poenis. legimus tamen perfida, & fugitiua
 mancipia stigmatib⁹ affecta, verberib⁹, vinculis, nu-
 ditate, fame, siti, numellis, cathenis, pedicis, cruce, la-
 mina, & temone (à quo ferendo furciferi à populo,
 cui

cui expositi erant appellabantur) punita. Manus hodie præscinduntur falsariis: quemadmodum olim seruis fugitiuis pedes. Naturæ cōsentaneum est, ut quis per ea etiã torqueatur per quæ peccauerit. Itaq; Athenienses his, qui sua se manu occidissent, manum abscindebant. Cyrus minor, ut habes apud Xenephontem, in eius aduersus fratrem Artaxerxem expeditione, plurimos hoc affecit supplicio: quo item & Fabius Maximus periuros puniebat. Auidius Cassius defertoribus cum manibus pedes amputabat: asserens maiori disciplinæ fore miserabiliter criminofum viuere, quàm occidere: de istius supplicii genere loquitur Iustinianus in autent. sed nouo iure C. de seruis fugitiuis, §. coges in autent. de manda. principum, §. scriba de prohib. feudi aliena. hoc supplicio Turcæ hodie ut plurimum furta vindicant: ut olim Imperatores Græci. Theodosius imperator Ioanni Damasceno, qui erat ei à secretis manum amputari iussit: quòd secreta illius accusaretur hostibus prodidisse: monasteriòque inclusit: Sed paulopòst falsus delator compertus, capite truncatus est. Absolutusque Damascenus redire noluit: sed maluit, in monasterio viuere: Ioã. Damascenus

DE POENARVM

laudabilia in eo opera scripsit, quæ hodie etiam extant: Procopius, & Suidas scrip. Iulius Cæsar tabellario, qui literas deferrebat hostibus, manus amputari iussit: Opius scrip. in Hispanensi bello. Galba proconsul Hispaniæ, qui paulo post fuit imperator, nummario dispensatori quod in stellaturis milites fraudaret, manus iussit amputari & mensem affigi. Atheniensem decreto Aeginis dextræ manus pollex abscissus, ne hasta uti possent, essent autem utiles remis: Tucid. scrip. Athenienses etiam duce Phiole Corinthiis victis manus amputarunt. Apud Indos, qui depositum negaret: vel debitum iureiurando, si mendacii, & periurii conuinceretur, manu abscissa, & effosso oculo interficiebatur. Lusitani hostibus captis manus præcebant: numinibus offerebant: Idque pium esse credebant. Hodie etiam interdum damnatis ad mortem solet manus amputari in loco delicti perpetrati: deinde caput in Pilorio amputari: vel laqueo necari. Adulteris mulieribus nares iussu magistratum Ægyptiorum amputantur: author Diodorus libro primo: ut facie deturpata in perpetuum lugerent, & essent cæteris exemplo. Idem fit in Sicilia: ut habes in legibus Regiis, & consuetudine Siciliensium. Imperatoribus Leonis primi legibus est institutum ut adulteris viro scilicet, & mulierum

& mulieri nasus abscindatur. Maritus ob iniuriã doctem lucretur vxoris, ipsa in Monasterium detrusa: Cum hæc scriberemus Ioan. Bertrandus du Mysnil commodè nos inquit: inspectoq; libello non inquit, Ægyptiis modò id in vsu fuit, verùm frequenter in Brabantia hodie euenit, vt mariti vxoribus thalamum scedantibus nasum demetant: atq; adeò, inquit memini me tali spectaculo adfuisse. Mulier amicum sequuta Bruxellam venerat: obuius fuit ei maritus: verbis principio agitur: dein is cufello educto vxori nasum præscindit. Tum illa, me ne, me, inquit fatue, putas naso ad meos amores indigere? Maritòq; relicto ad amicum sese impudica contulit. Olim apud Ægyptios liberarum mulierum raptoribus testiculì amputabantur: quod tria simul patrant scelera, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusionẽ: huius pœnẽ meminit Terentius in Eunu. sed suboscuro. *Nunc minatur porrò sese id quod mæchis solet: Quod ego nunquàm fieri vidi: neque velim.*

Lucreti horat Saty 2

*Accidit vt quidam testes, caudamq; falacem
Demeteret ferro, iure omnes: Galba negabat.*

Bibienu Carboni, P. Seruius Pontio testiculos obsecuerunt vt scrip. Valerius. Id tandem prohibitũ non

N solum

DE POENARVM.

solum lege civili, sed & diuina: quod nefas sit tollere fontes procreationis: adeo vt qui quem emasculasset parricida habebatur l.iii. ff. de sica. Neq; obstat illud Euangelii. Beati qui se castrauerunt propter regnum Dei: quia ibi loquitur de cordis, & non genitalium membrorum castratione. Quidam castrabant adoloscētes rei veneræ causa aut commertii, vt preciosiores fierēt. Andramites rex Lydiæ castrasse legitur foeminas, vt pulciores essent, & ne parerent: scrip. Xanthus libr. ii. Rerum Lybicarum. Semiramis longò ante tēpore mares teneros castrasse dicitur. Giges etiā rex Lydiæ mares, & puellas. Sed deinde id lege prohibitum: vt scrip. Idem author. Diodorus Siculus dicit statutā poenam capitalem in castratores. Iure nostro etiam inter sicarios numerantur, non solum qui castrant, hoc est qui testiculos auferūt, sed & qui enirant. Spadones dicuntur quòd testiculos habeant totos & attritos: vulgus dicit *Bistornatz*. Eunuchos dicunt quidam, quibus totus colus cum testiculis amputatus fuit, videas tex. in. l. iii. ff. de sica. l. ii. C. de Eunuch. Eunuchi dicti fuere à cubilibus mulierum cūstodiendis. De his Terentius, Eunuchū porrò dixi velle te, quia his solæ vtuntur reginæ. Medici dicebant summū scelus esse hominē castrare. Sunt enim, vt inquit Galenus, quatuor præcipue in homine mē

bra, cor, hepar, cerebrum, testiculi, cordi quidem viuendi, sed bene viuendi principiū (quod multo præstantius est) testiculis debemus. Ideoque istos dipódios, bilibres, clitorios amputare: vel teste Pythia Terentiana graue est scelus, nulla lege, nec quidem canonica permissum. c. si quis. §. 5. distin. Hermotimus Pedacensis Eunuchus Artemesiæ reginæ Halicanarsii amputationem testiculorum vltus est. Fuerat is captus à piratis, datusq; Penio Chio mangoni, à quo deinde adhuc puer fuerat exectus: deinde venditus: tandem apud Maüsolum regem, ac post eius mortem apud reginam Artemesiam in magna fuit auctoritate. Rediēsq; deinde ab expeditione Xerxis illa famosa Græcię, in Chion insulā appulit: ita vltus est iniuriam, Penium coegit quatuor liberos testibus priuari: Atque ipsum iam senescentem filiis castrandū dedit: Herodot⁹ lib. viii. Oldradus cōsilio vltimo dicit à R. Apulea, & A. de cruce iudicibus Auinionēsis Pandonū Iudæū, qui cū christiana coierat ad viriliū amputationē cōdēnatū. Afferitq; se id vidisse: quā sentētiā ego cū illo improbo. Vide Lud. Roma. cōsil. cxlv. Cald. cōsi. xii, Hip. c. i. ii. vol. Hiero. Paul. in suo prouin. dicit in Cathalonia legē esse generalem, qua christianus, qui cum iudæa rem habet, punitur

amputatione virilium. Antiquiores adulterum & adulteram variis pœnarũ generibus afficiebant: mulierem adulteram in foro diebus vñdecim stare distinctam tunica perlucida circumuestitam, cogebãt: viros per triduum vinctos ducebant: vel equitare asinum per totam urbem facie ad caudam versã, vel lana coronatos (quod erat molliciei iudiciũ) compellebant. Traducebatur autem vel adulter solus, vel cum eo adultera: Qui ita hominum derisui expositi esset inter infames, & ignominiosos habebãtur quoad viuebant. Apud Plæciadas Græcos in adulterio deprehensi cogebantur in foro stare impactis prius impudendas partes, raphanis (Aporaphanidosi supplicium dicebatur) & si raphani deessent, utebantur stelleo idest ligonis ligno, seu capulo: apud Athenienses autem mugile pisce: hic piscis reli in modum percutit. Hinc Catullus aduersus mœchos.

*Ah tũm miserum, Maliq̃, fati,
Quem attractis pedibus, patente porta
Percurrerent Raphaniq̃, Mugilesq̃.*

Apud Athenienses erat pœna (quæ paratimos dicebatur) quã sedes expilabantur id est adulteris pili è pudendis, & naribus euellebãtur, Idq; publicè. Quidam tamen se pecunia redimebant. Apud Florenti-

nos in adulterio deprehensus cogitur nudus (nisi quod foemoralia inductus est) circumire templa: & per omnes vicos, traducitur in perpetuam ignominiam: poena satis dura etiam viro: Nam nuditas in viris aliquid habet verecundiae. Adam & Eva post peccatum cum se nudos agnouissent, praereverecundia fecerunt sibi succintoria: Gene. iii. Noe maledixit Cain, quod dormientem non cooperuisset, Gene. ix. Barbaris etiam probro datur se exhibere nudos testis Hero. in cli. Quare cum Ammonius Aegyptius & Theodorus discipulus vellent transire fluvium, Ammonius iussit ne se alteruter nudum conspiceret; Socrates ecclesiasticus scrip. Cornelius Tacitus tradit apud Germanos maritis permissam esse vindictam adulterae uxoris, ut ipsam nudatam accisis crinibus coram propinquis domo expellat, & per civitatem verberet agat. Grauius existimant mulieres crinibus priuari, quam fustigari ut potest sollicitiores de comae suae decore, quam de salute proprii corporis: Malunt conciniores esse, quam honestiores: & ut tradit Seneca rem domesticam minus curant, quam comam: norunt enim quae Apuleius dixit, Mulierem etiam venustissimam, si capillis nudetur, placere non posse: Licet illa caelo demissa, mari aedita, fluctibus educata, licet ipsa Venus fuerit:

D E P O E N A R V M

licet omni choro gratiarum stipata, toto cupidinum populo comitata, baltheo cincta, si calua processerit, placere non poterit. Constitutione canonica si mulier præter mariti voluntatem crines sibi amputet anathema iudicatur, c. quæcūque. xxx. dist. & id constituit, vt mariti aliquid in eis inuenirēt vnde possent vxores trahere, vel ligare: Author Guilhel. à Montelauduno, & Cardinalis in cle. cum ex eo de senten. exco. Lex Numæ relata ab Aulo Gell. fuit huiusmodi, *Pellex ædem lunonis ne tangito. Si tãgit, crinibus dimissis agnam cedito.* Ex qua lege mos abscindendorum crinium manauit. Qui frequens in Germania fuit aduersus adulteras: vt refert Cornel. Tacitus. De decaluatione capillorum loquitur text. in. c. de benedicto. xxxii. quest. prima. Adulteræ etiam crines, & vestes antè & retrò radebãtur. Alexãdri Seueri lex fuit, quâ mulieres in angusto prostibulo cõcludebantur: mittebanturq; qui se cum illis miscerent: & vt innotesceret omnibus tintinabula quatiebãtur. Hanc legem sustulit Theodosius Imperator, vt tradit Socrates Cõstãtinopolitanus, & christianus. Apud Scithas Europeos, vt scripsit Nicola⁹, Dam. Hac pœna adulteri nonnunquam afficiuntur, vt cogantur sub pœna capitis toto vitæ tempore discalciati, & omnino nudis

nudis pedib⁹ itare. Quæ pœna eò grauior est, quòd ea regio (vt pote quæ valdè ad septentrionem vergat) sit frigidissima. Eo autem supplicio propterea plectebantur adulteri, quòd pedum nuditas siccat, & refrigerat, ac quodammodo hominem inutilem, & rei veneræ ineptum efficiat. Itaque medici afferunt frustra eum ad rem veneream anhelare, cui pedes frigeant: quippè cuius totū corpus hebes, ac flaccidum sit. E contrario cui pedes calent (nisi quid aliud obstaculo sit) hylaris est. Ideoque vulgò fertur *est il a les piedz chauds.* Porro frigore horrescimus, ac tristitia perfundimur. Quare theologi, & præ cæteris Diuus Hieronimus contra Iouinianum suadet prurientibus, & iis, quos libido titillat, vt corpus pedum nuditate castigent, & affligāt, quòd animæ pareat maceratum. Proinde sancti patres, vt Paulus in Cenchreis Achaïæ ciuitate nudipedalia egit: Beatus Franciscus franciscanis vt pedibus nudis itarent instituto suo iussit: nisi quid aliud cogat necessitas, aut missam celebrēt. Fuit & hereticorū secta nudis pedibus progredientium, qui a re discalciati dicebantur: quorum ea fuit opinio vt putarent non licere homini christiano vt calceamenti^s contra id, quod scribitur Exod. duodecimo, Ezech. vigesimo quarto,

DE POENARVM

Marci vi. Math. x. Lucæ. iiii. Hi igitur hæretici non propterea damnati sunt, quòd calceamentis non vterentur, sed quod Christiano vti non licere pertinaciter asseuerarēt. Collaria pœna puniuntur blasphemii, & rerum exiguarum fures in foro publicè ligati, & ludubrio hominum ad aliquod horas expositi. Huic supplicio affinis est anchoraria pœna: qua Paulanias utebatur. Ea est huiusmodi: reus per totum diē transeuntium derisui obnoxius ferream anchoram ceruicibus sustinet. Laudabile etiam in primis. Tolosanum institutum, & dignum quod omnes omnium nationū ciuitates amplectantur: Tribunus ædilis cui cura demandata est asportandum è Tolosa fordium, quem ab officio vulgariter appellitant *Le iuge de la court pauc*, vt vulgus loquitur, sed honestius dicitur: *de la police*. Is inquam, si quos inueniat desidiosos, laborum saturos, & in nihil agēdo occupatissimos, eos subiugat: atq; a fellorū more currui astrictos, ipsasq; etiam mulieres compellit cœnum immunditiemq; per dies aliquot à vicis abstrahere. Idem fiebat apud Montalbanenses his proximis annis. Seuerior tamen erat lex Draconis. *Otiū conuictos interficiunt.* Solouistos infamia tantum notauit. Hæricus secundus operibus publicis addici voluit, aut flagris cædi. Linguae abscissio

abscisio pœna erat antiqua, qua vsus est Artaxerxes rex Persarum, vt refert Herodotus, periuro linguam ascindi iussit, & triplici clauo in foro affigi: hunc morem Diodo. dicit Artaxersem suscepisse ab Indis. Hęc pœna in Gallia blasphemis peculiaris est: nam si sæpius carcere, & pecunia multati, non cessent blasphemare, lingua candenti ferro perfoditur: Et tandem si iterum in blasphemiam delapsi fuerint, lingua omninò præscinditur: vide constitutiones regias regum Franciæ Ludouici xii. Francisci primi, & Henrici secundi. Quas imitatus Carolus Romanorum imperator quintus, statuit, vt primò de blasphemia reprehensi ad mensẽ in carcere pane, & aqua solùm macerarentur: Secundò autem, vt iis ignito ferramento lingua pertunderetur, &c. Est & pœna infamiæ, vt habes in l. de his, qui notatur infamia, ff. & titulo ex quibus causis infam. irroga. C. Ea erat duplex, iuris & facti. Qui ignominia & infamia notatus esset, ei clausa erat ad gradus honorum, magistratuum, dignitatumq; ianua. M. Attilius & P. Curius Philo Censo, eos, qui se non exhibuissent in bello Punico, eo tẽpore, quo Annibal Italiã vastaret omnes indignos censuerunt, qui vnquam suffragium ferrent, aut magistratum adipiscerentur. Romani interdum cogebat

DE POENARVM

consules, aliósq; magistratus sese ante tempora ma-
 gistratu abdicare: vt̄i duodecim viros, qui creati fue-
 rant legum ferendarũ causa. L. Quintius Cincinnatus
 dictator deuictis Equis, & sub iugum missis. L.
 Minutiũ cõsulatu abire iussit: quem non sua virtus,
 sed fossa, vallũq; tutũ præstiterat: in quibus metu per-
 cussus se cõtinuerat. Terminus prætor, Sergius, & Vir-
 ginus tribuni consulares coacti sunt tẽpore nondũ
 finito deponere magistratum. Quibusdã prohibeba-
 tur ne publicis negotiis interuenirent. Alii iubeban-
 tur à negociatiõne abstinere. l. moris. ff. de poenis. Erat
 pœna, qua quis arcebatur à sacris, à templis, à foro:
 quæ peculiaris fuit homicidis imprudẽtibus, donec
 expiati fuissent: Author Pollux libro. viii. lex Draco-
 nis *Homicidæ aqua ablutoria, libationibus, crateribus
 sacris, foroq; arcentor.* Eius supplicii meminit Lactan.
 lib. ii. de origi. erroris. c. x. Inter capitales pœnas scri-
 psi pœnã qua quis aqua & igni interdicebatur: sed
 nunc ea nõ vt̄imur: verũ in illius locum ex sententia
 iuriscõsulti Vlpiani successit deportatio. l. ii. ff. de pœ-
 nis. Poniturq; inter capitales pœnas, & perinde habe-
 batur ac si esset qui eam sententiam exceperit morte
 multatus: interdicto vsu earũ rerũ quibus vita homi-
 nũ cõstat. Artaxerxes militibus, qui deliquissent im-

perabat, vt scortum nudū capite circumferrēt. Otho Imperator militibus, qui peccassent imperabat, vt ignominiaē causa ad Madaburg urbē regiam canes humeris ferrent: author Vuithiehindus lib.ii. de reb⁹ gestis Henrici primi. Vbi mitiores poenæ placerent, sola infamiâ, & accusatione obiurgationēq; publica puniebātur: interdū cingulo, interdū publica administratiōe priuabātur: vt habes in. l. qui. ff. de suspect. tuto. l. quod si forte. ff. de solu. §. ad hoc, in auten. de nō alienan. Quidam expellebātur à ciuitatibus. l. ii. l. si C. de summa trini. l. quicumq; §. penult. C. de here. Apud Lacedemonios genus erat poenæ, quæ ob leuiusculū delictū subibatur: reus aram quādā, quæ in vrbe erat, circuire cogebatur ignominiosam cautionē in se cōditā cātās, quod nihil aliud erat, quā seipsū sua voce obiurgare. Ad quē morē accedit lex. xii. tabu. à paucis intellecta, *Cui testimoniū defugerit, is tertijs diebus ob portū obuagulatū ito*: Ibi portus domum, ob ante, obuagulare cum conuitio exquirere, tertijs verò tres significat: Sensus igitur est, qui procaci, iniuriosoq; sermone quem lacerassent, adirent eius, quem læserant ædes, ab eo conuitia passuros, & talionem recepturos. Prosenelarie leges latæ fuerunt olim in contumeliosos, & ad probra procliuēs

DE POENARVM

cuiusmodi fuerunt Archades, & Ægyptii : vt cogētur in domum iniuriati venire, ibiq; pati conuitia sibi aut dici, aut fieri: vel certè fateri præcipuè se pœnitere: author Lycophronis poetæ interpres : iuxta vetus carmen sed barbarum

Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus,

Pro truffis truffas, pro buffis reddere buffas.

Ex legis duodecim tabularum præscripto. *Noxa par pœna esto.* Hodie qui emendā faciunt (vt loquūtur) honorabilem compelluntur capite, pedibúsq; nudis & interdum veste linea : tedam ardentem ferentes prius traducti per oravulgi suppliciter genibus flexis rogare condonationem à Deo, Rege, iusticia, & iis quib⁹ cõuitiati fuerint. Fuit & apud antiquos pœna qua prohibitum erat coctis cibis vti, ne ad focum accederent. Frigidis cibis, & pane vesci tantum licuit: prohibitũq; ne focum facerēt. Pœna hæc multis videtur leuissima, mihi autem grauis : quod elemento, quis prohibeatur vti, quo solus homo inter viuientia vtatur in immortalitatis argumentum, cum fursum semper tendat: cætera animalia, cum tota sint mortalia, aqua tantummodo vtantur: quod elementum est corporale, terreum, & deorsum tendat, ostēdatq; mortis figuram. Aristodemus, quod à Hermopilarũ prælio

prælio rediisset, in quo perierant Leonidas rex Lacedæmoniorum, & cæteri vincendo fatigati, probro & ignominia notatus est: neq; quisquam ei ignem impertiuuit: author Herodorus libro vii. Niger imperator ob sublatum gallinaceum commanipulones hac affecit ignominia, prohibuit ne focum facerent: néve ad aliorum focum accederent; néve cocti quid obsonii sumerent: sed pane & frigidis vescerentur. M. Marcellus in bello Punico fugaces milites hordeaceo pane, & aquâ aluit, prohibens vesci frumêtaceo, fugacium militum centuriones distinctos esse voluit. Romani eos milites, qui in pugna Cannensi fugissent, relegatos septem annis hordeo aluerunt: prohibueruntque ne ad urbem ullam propius decem milibus passuum tenderent: néve in Italiam deportarentur ante finitum bellum Punicum. Lucullus in bello Myrridatico milites quosdam armis, equis, tunicis militaribus priuauit, duodecim pedum fossam cauare iussit: refert Plutarch. in Lucullo. L. Calphurnius Pisonis cõsul Tiriũ equitũ præfectũ togâ, laciniis abscis, discincta tunica, & nudis pedibus ad principia per omne tẽpus adesse, extra castra versari voluit, ac seruilibus operibus deputauit: interdixit ei hominum conuictu, vsuq; balnearum. Turmas æquitum, qui-

DE PŒNARVM

bus præfuerat, ademptis equis in funditorum alas transcripsit. Seuerus Imperator milites prætorianos quòd neci Pertinacis confenserant, militaribus insignibus exutos, nudos destituere, & dimittere satis habuit, vir alioquin seuerus: segnes milites puniebant vt stare cogentur quoad alii stipendia facerent comederent biberentque: prohibitum etiam fuit militibus sæpissimè pellibus vt in tabernaculis vt humi, & sub dio accubarent arma adimebant: hastas dare milites delinquentes iuebantur ignominia causa, sicut honoris gratia militibus dabatur hasta pura. Inter pœnas militares erat militiae mutatio in deteriorem vt equites in peditum, pedites in funditorum alas transcriberent: vtq; locum extra castra assignatum vallo, & fossa non communirent. Daces legi quòd malè pugnassent hac notatos ignominia, vt cubantes capita loco pedum ponere, & ministeria vxoribus præbere cogentur. Censoria animaduersio erat militibus equos adimere. Militibus olim vena scindebatur, qui quid temerè fecissent: & quibus nihil consilii, aut animi esset: id fiebat (vt quibusdam placet) vt superfluo sanguine fluente, magis intra septa rationis se continerent: quod & pœna, & medicina erat:

erat: pœna quidem, quod volens nolensve ex tribuni iussu venam scindendam exponere cogebatur: medicina verò quia qui redundabat, sanguis expurgabatur. Milites apud Thurios qui deliquissent hac ignominia afficiebâtur: veste virili deposita muliebrem induebâtur, atque ita vestiti per totam ciuitatem agebantur. Est & pœna, qua eos torquent Itali, qui noctu inueniuntur arma gestantes: in brachiis in aduersum sublatis fune eleuantur, ac subito dimittuntur in terram præcipiti lapsu: dicitur vulgò *L'estrapade*. Suspêduntur interdum, qui iniusto pòdere, vel mensura panem, vinum, olcum, carnêve diuendunt: fune eorum thoracem sub axillis ambiente: quæ pœna licet leuior videatur, tamen Luteciæ nostro tempore quidam ponderosa corporis mole grauatus interiit. Sunt & qui remis perpetuò, vel ad tempus pro sceleris merito adiudicentur: de ista pœna alibi. Aliæ etiam pœnæ scribuntur in l. moris. ff. de pœnis. Solent parentes, & præceptores emendationis causa punire. Iaut facta. ff. eodem: nimia tamê præceptoris sæuitia culpæ assignatur l. præceptoris. ff. ad legem Aquiliam. Et ob id Saly. refert ZANETVM grammaticum morte damnatum, ac capite truncatum, quòd seuerius

DE POENARVM

verberasset discipulum ex quibus mortuus fuisset, in
 l. Item queritur §. idem Iulianus, ff. locati. Quidam
 damnantur, vt supplicii aliorum assistant. Alii puli-
 cè commonefiunt: vt postea vitam in melius com-
 mutant. Erat & poena, qua libertas adimebatur res,
 ipsiq; adeo vnà cum vxoribus, totaq; familia venui
 exponebantur. Ademptæ vero libertatis, & venun-
 dationis causa erat, quòd rebelles magistratib⁹ nõ pa-
 ruissent: lex duodecim tabularum erat huiusmodi.
*Qui magistratui non paruerit, his sacer esto: vxor & to-
 ta familia ad ædem Cereris venum Ito.* Desertores P.
 Cornelio Nasica, & Iulio couff. virgis cæsi, & postea
 venditi sunt. Lege Herodis primi fures post fustiga-
 tionẽ venui exponebantur: vt refert Ioseph. in antiq.
 facit quod Mathæi xviii. habetur. Lex Solonis in
 qua hæc poena constituebatur erat huiusmodi. *Si ho-
 spes mulierem ciuem duxerit quacunque tãdem arte, aut
 machinatione quiuis Atheniensium, cui id licet apud sex
 viros eum accuset: qui si damnatus fuerit venudetor ipse
 & res eius, & triens sit cõuinenti.* Olim licebat libero
 homini se vendere vt habes: titu. ff. de sta. hominum,
 sed lege Leonis primi impatoris, hæc lex sublata fuit,
 quã cū cæteris latinitati donauit Henricus Agylæg.
 Ex priuileg. antiquissimo si quis seruus Tolosam in-
 gressus

gressus fuisset protinus libertatem consequeretur. Est & poena qua quis intestabilis fit. l. lex. §. si quis. ff. de iniuris l. ob carmē. ff. de testi. l. si. quis. ff. de testa. autem. omnes. C. cōmunia. de success. Duodecim tabularum lex erat. *Si quis occentauisset, æditauisset, siue carmen condidisset: quod infamiam faceret, flagitiū ve alteri præcaretur, intestabilis esto.* Sella iudicum in frustra cæditur, lectus, mensuræ. l. quoniam. C. de cursu publico. M. Æmili⁹ Scaurus consul prætoris sellam cōcidit: ne quis ad eum iret, ius peteret, edixit: quod trāseunti non celsisset. Mensuræ corruptæ, & pondera falsa debent statim frangi per iudices: argu. l. iubemus. C. de deffen. ciuitatum. l. lectos. ff. de peri. & cōmod. rei vendi. §. Iubemus. §. eos in autem. de colla. Hic mos erat olim vt vltra multam mēsuræ aridorum, pondera humidorum, si falsæ essent (vt vulgus dicit) non recti ponderis, frangerētur: ex versic. Persii in fine primæ satyræ

Sese aliquem credens italo quod honore supinus.

Frerit feminas Areti ædilis iniquas.

Iuuenalis dicit ædilem de mēsurā ius dicere, vasa mīnuta frangere, illius esse prouidere etiam ne fraudes fierent in mēsuris, pōderibus &c. vt habes in titu. de gdelitio edicto. Vrebantur etiam poena talionis an-

P tiqui-

DE POENARVM

tiquissima quæ ex lege Mosis exigebatur, maximè in falsos testes, accusatorésque vt habes Deutho. xix. de ista loquitur lex duodecim tabularum. Lex fuit huiusmodi. *Si quis membrum ruperit meum è pacto talio esto:* De pœna talionis loquitur Plato in libris de legibus. Cæcilius dicit decem viros, iniuris atrocioribus talionis pœnam apposuisse: vt metu illius coercerent homines à violentiâ pulsandi lædèdi: nisi velent pascisci. Radamantus edidit legem quam versibus redditam accepi. *Si quod quisq; facit, idē patiatur & ipse, id iustum fiet deniq; iudicium &c.* Lege tamen prætoria reuocata fuit, vt scrip. Gellius libr. xx. noct. causas duas præcipuas fuisse, legis incômoditatem, & rependèdę pœne, idest retaliandę &c. Lege ciuili explosa est: soli calumniatores eâ patiuntur: de iis alibi. Est & pœna, qua nobiles ex multis causis feudis priuantur: vt habes in vsu feudorũ, tũ & in ordi. regiis, &c. Censores Romani in irrogandis pœnis, & multis inferendis optimi fuerũt artifices, teste Aufconio Pediano, hi Senatores Senatu amouebant, equitibus equos adimebant, plæbeiorum nōmina in certum tabulas deferebant, ne amplius in centuriæ albo scriberentur, ærarios faciebant, ære dirutos dicebant: militibus ignominia causa, stipendia auferabant: à bre-

uiario

uiario militum expungebant, prohibebantque perpetuo armis vti, sub pœna capitis : De ista loquitur Cícero, Liuius etiam & postremo Gelli. Erat & pœna qua quis vxorem ducere prohibitum erat. l. placet. C. de repud. in Theodo. Hebræis vino abstinere maxima censēbatur multa: de qua in comment. de homicidio: Domitianus Imperator, cum comperisset Asiaticos seditionibus agitari edixit, ne vites in Asia essent: & vt succiderentur. Scopelianus philosophus ad eum missus ab Asiaticis: tanta eloquentia, & animi dexteritate, apud eum egit, vt edictum reuocauerit, edixitq; vt pœna errogaretur ei qui non nouellaret. Tranquill. huius edicti meminit, sed id factum dicit, ob frumenti inopiam: negligētes agrorum cultum, indulgentes nimio studio vinearum cultui: dicit etiam eum prohibuisse in Italia, ne quis nouellaret: & in prouinciis vites succindere iussit: sed probus imperator Gallis & Germanis, sed lōgo post tempore permisit vites habere: sextus

Aurelius author.

ARGUMENTVM.

P. ii

Hic

DE POENARVM

Hic item & leues pœna describuntur: vti deportatio, relegatio, exilium, proscriptio, ostracismus, voluntariũ authoris exilium: barbæ abrasio, publicatio, librorũ excusio, pœna pecuniaria multa grauisissima: pœna pecuniaria potest mutari in corporalem, non contra: pœna dupli, tripli, quadrupli, &c. vigilie continuæ, mitratio, catamidiatio, mitellatio.

CAP.V.



ST pœna deportationis, de qua text. in. l. si quis. §. qui in mūdum. §. instrumenta. ff. de pœnis. l. inter pœnas. ff. de interdictis & relega, quæ relegatio à nōnullis inter pœnas capitales refertur: est autem deportatio perpetua exiliũ in certum, & circumscriptum pœnæ pendendæ locum condemnatio. Hæc olim fuit ciuium Romanorum pœna, l. inter pœnas. ff. eodem, vt Milonis Masilia: Ouidii in Ponto. Habes exemplum Regum tertio. c. ii. Salomō Semeium quòd maledixisset patri, iussit Hierosolyam, ita habitare, vt torrentem non transiret: transgressum enim occidi mandauit. Claudius Cæsar Imperator, quosdam hac pœna affecit, vt vltra tertium
ab

ab vrbe lapidem egredi non liceret sub pœna capitis. Athenienses reos in insulam deportabant, qui si egrediebantur, morte pœnas pendebant: Xenoph. lib. vii. histo. Græcorum. Relegatio deportatione leuior est: is enim relegatur, cui certo tantum interdicitur loco, in quem redire vetitum: Cæterum illi liberum est per alios omnes vagari, diciturq; lata fuga l. exilium ff. de interdictis & releg. hæc Budeus l. capitalium §. in exilibus ff. de pœnis: confunduntur tamè hæc dictiones, vt habes in titulo de interdictis & relega. Cicero pro Cecinna dicit Romanis licuisse antequam iudicarentur in liberum abire exilium. Extorres dicebant antiqui, qui voluntario exilio patriam reliquerant: hoc vocabulum exilium ab ex & solum Festus dictum putat: vt is exul dicatur, qui extra solum habitationi dictatum eiectus est l. Relegati ff. de pœnis. Othomanus tria facit exulum genera: relegatorum, deportatorum, & interdictorum: Interdictos eos dicit quibus certi loci aditu, commercioque interdictum est: veluti habes apud Ciceronem in oratione pro Sextio, in l. relegatorum §. interdicere ff. de interdictis & relega. duo ponuntur genera relegatorum: prius cum quis in locum sibi ignotum mittitur: vt Crædus in Thomitas Ponti: posterius, cum in insalubrem, vt multi olim

DE P O E N A R V M

Narbonæ, quæ ob aerem corruptum mundi latrina dicebatur, de his loquitur tex. in dicta l. relegatorū. §. solet. Othoman⁹ dicit deportatos, qui sua ciuitate expulsi, neruo, aut compedibus vincti in nauim aliquam imponebantur, seruis publiciis commisi qui eos in insulâ deportari consueuerant, vt diuus Ioânes in Pathmum insulam, relegarus est ad quem Dionisius Areopagita hæc scrip. Qui vos iniuria afflicentes arbitrantur se solem Euangelii circumscribere: hoc est te eo deportari iustum esse, vt non latius diffundatur Euāgelium. &c. Atrocissimum omnino exilii genus. quippe qui adiudicati fuissent, mortuorum loco habeantur, vt dicitur in l. Gallus Aquilius. &c. Et in §. cum autem. Iussi. quibus modis ius patriæ potesta. solua. legimus multos damnatos ne de domo exirent l. exilium l. fina. ff. de interdct. & releg. Cicero in oratione pro Vatiniō & pro Ciccina dicit se domi continere, haberi pro exilio, placet hoc loco subnectere verba Ammiani Marcellini de lata fuga Corpore, inquit, immaculato lata fuga damnatus est. Lege Portia exilium supplicii erat diffugium: prohibitum enim erat ciues Romanos verberare: neque de cuiusquam ciuis Romani capite, nisi comitiis centuriatis decerni poterat.

Sylla

Sylla tamen occupata Republi. sine populi iudicio ciues necabat indemnatos, aut proscribebat. Cicero dixit exilium portum, & profugium supplicii: ego Asylum & aram salutis seu vitæ vocito. Nam cum quis carcere ignominiam aliâve pœnam fugere vellet, ad exilium tanquam ad Asylum, & aram confugiebat. Apud Ephesios, qui virtute excellebat in exilium agebatur ex ipsorum legis præscripto. Lex erat huiusmodi. *Nemo nostrum frugi esto, nemo vnus excellat, si excelluerit abeat.* Ea causa Hermodorus vir singularis modestiæ, frugalitatis, ingenii, & doctrinæ exilio damnatus est. Heraclitus dicebat Ephesios dignos, qui strangularentur quod paterentur eam legem apud se vigere. Nursini populi ab iis hanc legem acceperunt, vt literatos extra consilium pellerent: & eos, qui alios virtute antecirent patria abire cogerent. Apud Athenienses fuit tempus, quo virtus ostracismo puniebatur ostracismi seu decemnalis exilii: author Clistenes qui primus damnatus: & eam, quam tulit, legem primus perpeffus est: Aristides ob iusti cognomen exilio damnatus, quod Atheniensibus hoc nomen virtute partum perquam molestum esset. Admiranda prorsus Aristidis constantia:

DE POENARVM

Nam cum Athenienses vocatis iis qui adesse debebant, decreuissent eum ostracismo damnare, illiteratus, agrestisq; vir qui testulam, haberet Aristidē adiit: iubetq; Aristidis nomen inscribere: à quo petiit Aristides, an nouisset vnquā Aristidem: negauit ille nosse: & nil in viro molestum, nisi iusti cognomen, audiuisse. Tacitus Aristides nomen suum inscripsit in testula, vt rogabatur, & dimisit hominem, damnatus est ob inuidiam, in exiliū actus tertio post anno rediit lege de ostracismo sublata. Ferebatur ostracismus ostraco, hoc est testula, quæ viritim dabatur inscripta nomine eius, quem quisq; vrbe cedere vellet. Cōueniebat autem populus in fori locum cancellis circumseptum: à magistratibus ad hoc commissis numerabantur, qui nisi sex hominum milia adfuissent, nihil agi poterat: testulæ colligebantur, & qui pluribus calculis damnatus erat, ad decennium in exilium ire cogebatur Arginam vbi erat bos æneus magnitudine visenda: quare qui illic exulabant seruare bouem dicebantur is etiam dicebatur ab aris focusque proiectus & à aspectu ciuium &c. Fructus tamen suarum possessionum recipiebat. Quidam dixerunt ostracismum non fuisse improbitatis castigationem, sed inuidiæ placationem. Sublatus fertur ostracismus dam-

nato Hiperbolo homine humili & contempto. Exilium nonnullis exigua poena videtur: sed mihi videtur apprimè grauis: quia teste Euripide multo auro, & opibus antecellit patria ad inhabitandũ viro prudenti & longeuę ætatis. Kanutus rex Danię paucos admodum morte damnabat: multos autem exilio: Solebat ille à reo petere in mari ne an in terra exulare mallet, quod si mare elegeret, cum maxima cõmilitonũ frequentia ad littus deducebatur: ac dato nauigio, remis, cõmeatu, vasculo vno ad exhauriendas aquas, solus in nauiculã immittebatur: quod si in littus relatus inueniretur, capite plectebatur. At si terram, in qua exularet, mari prætulisset, ad nemꝰ quoddam cõmilitonum cura deducebatur: vnde si vnquam egrederetur, capite multabatur: hæc Saxo lib. x. histo. Danię. Carolus nonus Francorum rex in legibus nuperrimè æditis apud Autelianos in cõmitiis trium ordinum Galliarum statuit vtí erroneos vagabundi homines, qui vulgo Boemis, Cyngani Vxi seu Ægyptii vocantur, nisi ante duos menses regno exierint, tondeantur & remis &c. quod edictũ nos reduxit in eorũ memoriam, quæ sparsim apud varios authores lectitaueramus: Nam apud multas nationes, & maximè Creteses, est barbæ supplicium,

Q

quo

DE POENARVM

quo etiam nunc rei puniuntur, neque in criminibus tantum leuioribus hæc pœna habet locum, sed & grauioribus: veluti apud Indos: qui artificem manu ocu-
 lôve priuaſſet, rex barbam & capillos tonderi iubet: atque totam vitam ita permanere: quod illi grauius morte ferunt: author Nicolaus Damascenus in libris de moribus gentiũ. In Lyſia tanta cura, & ſtudio barbam alebant, vt abierit in prouerbiũ *Lyſiorum barba*, maluerũtq; multã ingentem perſoluere quã barbam amittere: Nam cum apud Mauſolum Cariæ regem Concalduſ, cuius poſt regem primus erat dignitatis gradus Lyſiæ præfectus eſſet, lyſios lepido cômẽto circunſcripſit: finxit allatis ad ſe literis regem iubere, vt lyſii omnes barbã, & capillos abraderent: quod cum ſenſiſſet, id lyſiis longè moleſtiſſimum, cõcione vocata; his verbis populum alloquitur: Rex inquit, ſi vnquam, nunc maximè pecuniarum eget: quare nõ dubito, ſi quiſq; veſtrum aliquid nummorum in medium conferat, quod ad regem in tanta anguſtia cõtractum mittatur, quin is vobis, & barbam & capillos relinquat: exhilarati lyſii pecunias promunt: vnde ingens nummõrum vis conieſta eſt: Leoniceſus lib. iii. vatiæ hiſto. c. lxxxi. ſcrip. Neque Lutanis (hi ſunt populi

populi septentrionales, vicini Polonis, Tartaris & Prutenis) minus grauis fuit quam Lysii, barbæ abrasio lege Vitoldi ipsorum regis iubentis vt omnes barbam abraderent, nullus quisquam paruit: quare lege sublata quòd barbæ iacturam, quam teruicis præuiozem existimarent, alia lege edixit ne quis omnino sub pœna capitis barbam raderet. Itaque solus rex tonsa barba insignitus est. Pius pōtifex in geographia. Carislaus interrogatus cur barbam aleret, respondit, quoniam ex ornatu omni hic pulcherrimus, venustissimus, ac minimi sumptus: Deus siquidem naturæ, parens, & author nobis virilitatis argumentum barbam dedit, quæ senibus auctoritatem, & florentibus annis decus & ornamentum, sacerdotibus reuerentiam, militibus fortitudinem expingit: nam leones, & tigres iubati tūrculentiores apparent, quàm cum iis pili sunt detonsi. Sanson fortitudine priuatus ab vxore pilis detonsis, redit fortitudo pilis renascentibus Iudicum decimo sexto. Proinde Francorum regibus olim nephas fuit barbam, aut comam tondere, quòd ea hostibus terribiliores, populo suo fortiores viderentur, & ob id crineos reges dicebant. Quid igitur magis ridiculum quàm deponere propugnaculum nobis à

Qui natura

D E P O E N A R V M

natura datum cōtra iimbres æstus & cæteras aeris in-
iurias: atq; laruam, si quando sæuiente tempestate fo-
ras progrediendum est, & viles quosdã pannos galli
barbetas vocant, vulgus nostratiũ *Papefigos*, ori oculo-
lis, totiq; faciei prætere, vt si istos eminus aspicias
te videre cæcōdemonem putabis. Quanti olim barba
fuerit indicant ïmagines vtriúsq; veteris & noui testa-
menti: ad eóq; & ipsius redemptoris. Leuitici xix. Sa-
cerdotibus barbæ tonsura interdicitur. Deus Esa. xv.
minatur barbæ abrasionem, hoc est luctum, ignomi-
niam, & seruitutē. Turpe erat, & profus dedecoro-
sum barbam tondere. Itaq; Dauid bellum intulit regi
Hanon qui legatis suis barbam secuisset, vt habes in
libris Regum, & apud Iosephũ lib. iiii. Nec arbitror
clericis, etiam iniciatis esse prohibitum, vt barbã alãt:
Neq; enim tex. in c. clericis de vita & honest. cleric. id
vetuit vt quibusdam videtur: nam sic legendum est
teste Pierreo Romano in libro de barbibus clericorum:
Clericus neque barbam radat, neq; comam nutriat: quã-
quam non negarim eam barbæ partem, quæ à græ-
cis *Myftacon*, à nobis *Moustache* dicitur, propterea
abradi iussum, quod inter libandum in calicem in-
tingatur: quod colligere potes ex decreto cōsiliũ Car-
ragi. iiii. Barbitium vero tollere non erat iussum. Bar-
bitium

bitium appellant pilos inferiori labro & mento dependentes. Alexis poeta, qui & Sybaris est appellatus in eos qui barbam raderent ita inuehitur.

*Si quem rescissa forte barba videris,
Tonsa ve facturum quid horum dicito,
Mibi videtur militare velle vel
Fecisse barbae caneta contraria
Ingens ve contigisse prorsus huic malum.
Quod per deos pili molestiae afferunt,
Ob quos viri videmur esse singuli:
His quid putas fecisse nisi contrarium?*

Diogenes Philosophus respondit, se barbam promissam ob id gestare quod eam contractans se virum esse meminerit. Neque solum virilitatis barba est iudicium, verum etiam & fortitudinis, nam apud Catos Germaniae populos, qui nunc Moravi, & Vratislai dicuntur, nemini, nisi qui hostem occidisset ferre barbam licebat. Sacerdotibus Iberorum, Colcorum, Albanorum, quos hodie Georgianos appellamus) barba, & capillitium symbolum erat praestantiae, & dignitatis: Ac si quid peccassent, barba rasa & tonsis capillis in exilium agebantur. Otho imperator, & dux Saxoniae huius nominis primus De charcones, qui tunc vicem Senatui Romae gererent, quod in Iohannem pontificem. xiii. conspirassent laqueo cum necasset

DE POENARVM

set Petrum vr̄bis præfectum omnium malorum; ca-
put barba & capillis prius detonsum, per vr̄bem di-
stractum, virgis cæsum, a sino infidentē facie ad cau-
dam versā, manibus caudæ alligatis, aliquandiu ad
equi Constantini caput suspensum, exilio damnauit.
Tantæ fuit ignominie barbe derrasio, vt Sabinus à
Cretensibus rogatus, vt̄ summum magistratum ge-
reret, ad quē nisi barba dimissa nulli patebat acces-
sio, surrexit, & indicto silētio, hunc ego (inquit) ma-
gistratum bis Romę gessi bis Romæ rufus (qui mos
reorum erat) causam dixerat: Cretenses verò, haud
quaquam quid sibi vellet, intelligentes vr̄gebant, vt
tertium hunc magistratum gereret: Cælius scrip. libr.
xiii. c. vltimo. Leo imperator voluit eos qui res fisca-
les furto substraxerunt dignitate priuari duplo depē-
so, si pauperes sint, flagris cæsos ignominiose tonsos
exularē, &c. Tonsionem ignominiosam dixit impe-
rator Leo: solent etiam nunc Gallorum magistratus,
eos quos ad extorquendā veritatē quæstioni suppo-
nunt, barbā, & omnes pilos radere. Sed vt hominum
fert ingenium, & natura qua sic comparatum est, vt
trahat sua quemq; voluptas, multis barba ita displi-
cuit, vt dedecori cederet ei, qui gestaret, vt̄ Abanti-
bus, quos ideo curetes appellarunt, quibus mentum
&

& incipit pilis effct destitutū, occipit autē pilosum: à quibus P. Mena tonsores Romam adduxit anno urbis condite, 454. Apud Thurios Italię populos militię desertores tota vita induebantur veste mulicbri: iisq; capitale erat barbā radere, vel tondere. author Nicola⁹ Damascen⁹. Angli olim prolixā barbā gestabāt, eos Scoti barbā rasi bello, in quo hoīm quinquaginta milia ceciderūt, superatos his versib⁹ irriserunt.

Quid iuuat ô stulti tantam promittere barbam,

Plurima promittens que nihil ipsa facit.

Cadibus ex vestris non fidere discite barbis:

Non fortes animos pendula barba facit.

Aristoteles refert Aphros omnes, & Spartanos, solis regibus exceptis, esse tonsos. Ephorósq; magistratus Lacedemoniorū magistratū incūtib⁹ ita solitos præcipere. *Barbā abradito & legibus animum intendito.* Lege Francisci primi eius nominis regis Francorū cautū est, ne quis præter nobiles barbā gestaret. Sacerdotib⁹ cuiuscūq; dignitatis oīno pœna (si barbā gestassent) statura. Arresto senatus Tolosani vetitū, ne quis præter nobiles barbā ferret: hi em̄ probi existimātur. Sūt tñ tū ex ipsis nōnulli tñ ex ignobilib⁹, qui postq̄ facin⁹ patrarūt barbati barbā radāt, ne agnosci possint, rursus secl⁹ aliquod aggressuri, barbam nutriant.

DE POENARVM.

Abbas quidam cum libellum, requestam hodie vocant, Senatui Tolosano obtulisset cum magna silua barbæ, id à Senatu accepit, *Barbara rasa, curia providebit*, Sed nos in his barbibus satis diuagati, quas excrementa virilia quidam dicunt, ad nostra redeamus: reorum, de quibus extremum exigitur supplicium, & eorum qui morte ciuili damnatur bona confiscantur, annotantur & vt vulgus loquitur, sequestrantur. Annotare autem est describere, & committere alium: id est sub sequestro ponere. Puniuntur rei bonorum proscriptione. l. prima. l. ii. C. de peti. bonorum subla. & habes titulum Quibus vt indig. interdum quarta bonorum, interdum tertia dimidia. l. prima. C. vt infra certum tempus. l. vnica. C. de senatusco. l. qui cū vno. ff. de re mili. l. si quis. §. si quis. ff. de poenis. Punitur etiam reus agri publicatione. l. milites. ii. C. de fundis & salti. Romani solebant pro criminibus grauibus bona publicare, reis etiam supplicio extremo affectis solebāt domos, deinde euertere, vt legimus de domo Cæsii Manlii capitolini. Marcellus propter latrocinia, & fordes vitæ extremo supplicio cum affectus fuisset bonis publicatis, in ipsius domo Æmilius & Fuluius censores forum extruxerunt, vbi obsonia venderentur, sic & Spu. Melii bona publicata fuere
hastæ

hastæ subigebantur publicè vendebantur, accusatoribus interdum quarta bonorum vel alia pars dabatur, hinc quadruplatores, decuplatores sectores. Sylla dictator & deinde Cæsar de bonis præscriptorum publicandis leges tulere: alii dicunt primum L. Valerium Flaccum legem tulisse primum. Pœna inusitata olim fuit supplicium fumere de studiis libri tamen Archilochi quod essent lasciuvi in medio foro Ephorum sententia combusti. Athenis Protagore ab omnibus voce præconis ad ignem reperiiti: Labienni item volumina quibus in principes Romanos inuehebatur cremata: quod cum videret Labiennius clamauit: nunc me viuum comburi oportet qui ea edidi ac sibi mortem nocte quæ sequuta est cõsui. Dixit pœnã inusitatam, acerbissimamq; supplicium de studiis fumere. Reprehenditur Ioachim, qui Hieremiæ librum sine causa iusserit comburi: Ioseph. lib. vii. antiq. Libros improbatæ lectionis protinus corrumpendos dicit Vlpia. in l. iiii. §. i. ff. familiæ herciscun. Liuius libros veneficorũ, vaticiniorũ bacchanaliorum, Senatuscon. cõburendos, &c. Octauius prohibuit libros Æneid. virgi. flammis aboleri, etsi ille moriens id voluisset, quod non essent correcti, Superstant libri Ciceronis de diuinatione, quanquam multi persuadere conati

DE POENARVM.

sint, vti Senatu consulto abolerentur. Quemadmodū
 nūc, sic & olim multa fuit pecuniaria. Multa Oscum
 est vocabulum pœnam denotans: hinc multare pro
 punire vsurpatur, l. si quæ pœna ff. de verbo. signifi.
 Plurimis olim legibus à tribunis, consulibus, & tan-
 dem ab ipso Senatu latis multis factus est modus: quē
 transcendere minimè licuit: quia plus triginta bobus,
 & duabus ouibus aliquem multari prohibitum erat.
 Iuris tamen nostri commētatores dicunt multā an-
 tiquam aduersionem pecuniariam olim & nūc arbitrio iu-
 dicis irrogatam: Ha. R. de modo multarum: Bos lege
 Ætherina centussibus, ouis decussibus æstimata est;
 Quibus multis ob numerorum penuriam utebantur;
 multa minima oue æstimabatur: multam verò gra-
 uissimam dixerunt capitis pœnā. l. aliud, §. primo ff.
 de verbo significatione. Lex duodecim tabularū fuit
 huiusmodi: *Magistratus nec obedientem & nociuum
 cinem multa, vinculis, verberibus coerceto*: Ibi pœna ca-
 pitur pro vsu gladii, quæ grauissima pœna est, vt in-
 quit Alber. Rosa. Romanis tamē pœnæ mitiores pla-
 cuerunt: lege vetitum fuit ne prius bouem quàm ouē
 nominarent. Ex legum Platonis præscripto singulis
 delictis pecuniaria pœna statuta erat: quē morē Ribo-
 arii & Boioarii, Rheni etiā accolæ qui Ripenses di-
 cebantur

cebantur, amplexi sunt, ex iis legibus, quas à Theodorico Francorum rege acceperant: eas ego leges in vetusto admodum codice in bibliotheca cum nonnullis aliis cœuis asseruo. Hæ leges iis datæ fuerunt à Francorum regibus: licebat se redimere à quibuscūq; accusationibus & delictis pecunia: sed hæ leges alienæ sunt non solum à diuinis, verum etiam & humanis sanctionibus: cum scrib. Numeri xxv. *Non accipietis premium ab eo, qui reus est sanguinis, quin statim & ipse morietur.* vide quæ scripta sunt Deut. 19. pœna precio remitti non debet l. iubemus ff. ad legem Iuliam repetun. Deutho. xxvi. *Iuxta (inquit) delicti mensuram erit & plagarum modus:* Non enim in facultatibus, sed in personis scelera debent vindicari c. illud xvi. quæst. sexta, quia nullo modo ex æquo pœna corporis cum pœna pecuniaria immutari potest: cum minima corporalis pœna maior sit quacūq; pecuniaria vel maxima l. in seruorum, ff. de pœnis. Quare pœna corporalis non debet immutari in pecuniariam: sed pœna pecuniaria potest in pœnam corporalem immutari: quia qui non habet in ære luat in corpore, l. prima §. fina. ff. de pœnis l. fina. ff. de in ius vocan. l. illicitas §. fina. ff. de officio præsidis. Quibus legibus consonat Neapolitanum institutum &

DE PŒNARVM

cōsuetudo, ex cuius præscripto Alphósus rex Arrag.
Siciliæ & Neapol. noluit pœnam corporalem, cōdo-
nare, aut in aliam commutare: Nā cum eques ingēs
patrimonium per luxum, ac libidinem absorbuilet,
atq; insuper magnam æris alieni vim cōtraxisset, in-
tercedentibus amicis pro illo apud regem, vt̄ quæ
debebat, in corpore non lucret, quod regem Neapo-
litani erat institutum: respondit. Si tantam pecuniam
in sui regis obsequium, patriæ commodum, impen-
ditset, audirem nunc: sed quoniam tantas opes im-
pendit corpori, par est vt̄ luat corpore: Testis Egnati⁹
de viris illustribus. Ægyptii existimabant vitæ cōmu-
nis confusionē fore, pœnam delicti, aut pecunia, aut
gratia tolli: punire nocentes, auxilium ferre, oppressis
optimam ad prohibenda mala facinora viam puta-
bant: scrip. Diod. lib. ii. Iure ciuili multa sex solidorū
fuit minorum magistratuum l. ii. C. de sport. l. eos
C. de modo multa. Rei aliquādo certis auri libris mul-
tātur, vt̄ in l. prima C. de princip. agent. in rebus l. qui
cunq; l. cuncti l. Arriani C. de hære. multantur quidā
ad centū, ad quinquaginta, viginti, l. ii. C. de larg. titu.
interdum pœna quadrupli, tripli, dupli: Exod. xxii.
septupli etiam & c. prouerb. sexto: de pœna quadru-
pli Cicero in legi. duodecim tabul. Gelli. lib. xi. c. xviii.

Cato in lib. de re rustica vult furem dupli fœnerato-
rem, quadrupli condemnari: Quinq; etiam pro vno,
&c. Exodi xxii. de pœna quadrupli loquitur lex duo-
decim tabularum. *Si quis puerum castrauerit, licet pre-
ciosiorem fecerit, quadruplum præstato:* de qua in l. si ser-
uus §. & si puerum ff. ad legem Aquiliam. Quidâ pu-
tant pœnam tripli & quadrupli sublatam iure cano-
nico ex c. fraternitatis vbi glo. xii. quæst. ii. sed hoc nõ
prætereundum silentio existimaui, quod etiam penes
populum fuit, multam à prætore irrogatam à iudice
remittere: nam cum Crassus consul, ac pôtifex Flac-
co collegæ Flaminius Martiali multâ dixisset, popu-
lus Romanus eam multam Flacco remisit iussit tamê
flaminem parere pontifici: fit interdum vt quis hære-
ditate iam delata, & ontus lucro testamentario priue-
tur vt indignus, auten. hoc amplius C. de codicil. vbi
loquitur de eo, qui non exequitur, quod defunctus
ultima sua voluntate & testamento statuerat, l. prima
C. de iis quibus vt indig. qua lege & similibus priua-
tur hæreditate, & successione, quæ defertur non solū
ex testamento sed ab intestato (quæ propriè legitima
dicitur) qui necem defuncti non vindicauit. Tutor
legatarius, qui se à tutela excusarit, priuatur legato, l.
amicissimos, l. tutor potitus, ff. de excusa. tuto. l. post
R iii legatum,

DE POENARVM

legatū, ff. de iis quibus vt indig. & ex multis aliis cau-
sis priuantur hæredes instituti hæreditate: propinqui
veniētes ab intestato: legatari legato prælegato relicto
in testamēto vel codicillis: hæc cū scriberē. D. Anto-
nius à Paulo præses Senatus Tolosani vir legum, &
æquitatis peritissimus, acerrimūq; iudiciū die Decēbris
xxi. in corona senatorū, & principe classe, in qua sta-
tionem habēt primari patres, tria arresta protulit, quæ
quòd ad hanc rem faciant, visum est breuissimis præ-
stingere: vno itaq; arresto quendam doctorem Tolo-
sanū. testamento hæredem & tutorem à fratre institu-
tum hæreditate priuauit: quam captasse filiab⁹ exclu-
sis arguebatur: hæreditate occupata tutelāq; repudia-
ta: ac neptium vix septennium grandiorenc ancillā
mulieri (quæ ob impudicitiam malè audiebat) iunio-
re verò alteri mulieri famulam mādasset: neq; postea
vllam earum curā habuisset: cum tamen vtriq; qua-
dringentas libras dotis nomine reliquisset pater, & ad
tempus matrimonio maturum enutriti testamento
iussisset: hæreditas itaque filiabus arresto addicta est
quam debuerat ille relinquere neptibus non captare,
secutus diui August. consiliū, tum & Aureliani an-
tistitis Cartaginensiu, qui opulentissimas hæredita-
tes repudiarunt ecclesiæ relictas liberis posthabitis: vt
scrip.

scrip. Ægnatius lib. vii. de exemplis virorum illustriū. Altero arresto hæreditas fisco adiudicata est ad quam tres hæredipetæ aspirabant auia, maritus, & patruus, inter quos auus & auia materni arguebantur abs te Sabateri, quòd neptem natam annos septem, à matre tutrice à se arripuissent, & ante nubilem ætatem legibus præfixam octingentis supra mille solarib⁹ aureis corrupti, aduersus rescriptum principis ipsi signifi-
cã, impari viro nuptui locassent: maritus quoq; (quẽ tamen vxor moriens dixerat se hæredem velle) hæ-
reditate priuatus est, quia vxorem pecunia ab auo, & auia emerat, ante annũ duodecimũ duxerat, atq; cõ-
uentis matrimonio. auum auiamq;, qui per aliquod an-
nos bona pupillę magni prouentus administrauerãt, immunes rationum finerat ab vxore declarari: aliisq;
multis subscripserat quæ vxori detrimento verteban-
tur, patruus tandem ab hæreditate reiectus (quem tamen frater filiæ suæ substituerat, non quidem vl-
timo, sed duobus, quæ præcesserant testamentis) quia licet viuentem patrem sæpius à Rutinio in Ca-
strensẽ Albigesii ciuitatem veniens visitasset: ne-
ptis tamen domum mortuo patre non prius adi-
uit quam eam à viuis emigrasse audiuit, neque

DE POENARVM.

neq; illi in tutore, aut marito deligendo affiuit, paucis nihil eorum præstitit, quæ patrum n prætare decuerat: Sed tum demum venerat cum adeunda esset hæreditas vt eam marito & auix litigantibus (nam auus tum expirauerat) abstraheret. Illi tamen mille libræ adjudicatæ sunt, quòd mariti aui & auix fraudes atq; dolos retexisset: eiusq; opera ad fiscum controuersæ hæreditatis as peruenisset, pronunciatum est aliud arrestum, quo quidam sacerdotio siue prioratu & legato pio animo annexo sacerdotio, quod septem annis nomine commodaticio, & vt vulgus dicit tanquam. *Custodi nos, &c.* vsurpati emissus est: quia eo tempore nunquam affuerat tēplo, minus sacerdotio potiebatur: condemnatusq; ad fructuū perceptorum restitutionem, quæ in opera misericordiæ pia & christiana expēdatur. Hæc arresta singula singulis horis pronunciauit, ab hora nona matutina ad duodecimam, oratione ita continua vt nusquam titubarit aut in nominibus litigantium, aduocatorum, procuratorū, locorū, temporū, vsquā hēsitauerit: tamq; præsentī animo, & fideli memoria silente sapientissimorū, & amplissimorum virorum (si qui vsquam in tota Europa sunt) concione perorauit, vt non putarim Cincam Pyrrhi Epyrotarum regis legatum, Themistoclem, aut Mytridatem

Myridatem tāta valuisse memoria . Leuiusculū for-
 sitam videbitur quibusdam suppliciū, sed tamen acre
 supra quāam cuiquā credibile sit, quo vtuntur Æthio-
 pes, id est huiusmodi, reus super scānum vt sedens lo-
 catur, vinciturq;, cūmq; in somnum soluitur, adfunt
 ei à quibus expergefiat : author Nico. Damascenus.
 Hippolitus de Marsiliis in l. x. ff. de quæst. dicit se ex-
 perientia comperiisse istud esse exactissimum verita-
 tis extorquendæ modum: nam cū quibusdam nullo
 alio tormētōrū genere veritatē exprimere posset, vno
 die & duabus noctibus hac tortura extorquebat, pro-
 missa reo requie: dormire naturale est l. si seru⁹ §. for-
 nicari⁹ ff. ad legem Aquil. vide Plyni. & Galle. Ouid.
Quod caret alterna requie durabile non est,

Hæc reparat vires, fessaq; membra leuat.

Est & genus pœnæ, quod repudium appellatur : iure
 ciuili concessum est maritis vxorem repudiare : iure
 autem canonico vxor à mariti thoro separatur, tan-
 tum repudiata, dote priuatur, & donatione propter
 nuptias si ex legitima causa, l. cum mulier, ff. solu. ma-
 tri. l. consensu C. de repud. c. plerunq; de dona. inter
 virum & vxor. Valerius libri octauī c. ii. meminit legis
 cuiusdam Romanæ, qua vxores dote priuantur: id-
 circo Ticinius Minturnēsis Fauniam mulierem im-

DE POENARVM

puđicam duxerat vt eam dote ſpoliaret. De muliere adultera metuente in adulterio deprehendi loquitur Horat. ſermonum primo.

Vel pallida lecto

Defiliat mulier, miſeram ſe conſcia clamet.

Crucibus hæc metuat doti deprehenſa &c.

Antiquiſſima lege Ro. permittebatur marito vxorẽ nedum repudiare, ſed & interficere in adulterio: deprehẽſam: vxori verò maritum in adulterio deprehẽſum ne digito quidem tangere licebat: Gelli. lib. x. c. xxiii. Plautus huius legis accuſat iniquitatem. Eſt in hanc rem lex Conſtantini magni in Codice Theodoſiano titu. de repud. Plato tamẽ libro de legi. xi. eadem pœna voluit adultorum, qua & adulteram puniri. Vidua impudica perdit dotem, & donationẽ propter nuprias, omniũmq;, quæ legata à marito relicta ſunt: Bart. in l. prima, de hiſ quibus vt indig. & in l. hiſ ſolis ff. de reuo. dona. Doct. in l. i. ff. de alimẽt. & ciba. legatis. Domitianus imperator (vt refert Trãquillus) lege perpetua mulieribus incontinenter viuẽtib; ademit facultatẽ acceprandi legata, & pariter hẽreditates. Vir & vxor ſine cauſa repudiãtes puniuntur: vt habes in titulo de reppudiis. Sũt & variæ pœnæ quib; obnoxii ſunt ſecundo nubentes durãte

anno

anno luctus vel postea: vt habes in titu. de secundis nuptiis: quæ pœnæ, an sint sublatae canonica constitutione bellū est fere ciuile inter commērantes: eorū tamen sanissima mihi videtur opinio, qui dicunt nō sublatae pœnas, quæ respiciunt fauorē liberorū primi matrimonii. Sed horū disceptationes, quod toto volumine vix contineri queant, prudentes obmittim⁹. In aſotos hoc est luxu & ganæ studio perditos, qui sui iuris patrimonium decoxiſſent, Adrianus imperator animaduertit. Caramidiati, & Caramidiatos dimitti iuſſit per theatrum, omnibus deridendos præbuit: Spartiatus, ſcrip. ad ſignati decoctoribus loci in theatris & amphiteatris meminit Cicero philip. xi.

ARGVMENTVM.

Pœnæ iuræ canonico conſtitutæ ſunt: ſuſpenſio, excommunicatio, deſoſitio carcer perpetuus, vel temporaneus, irregulare exilium, verberatio, bonorū publicatio, degradatio, ad remos addictio, interdiction, mitratio, & aliæ.

CV M ſcripſerimus pœnas quibus fontes iure ciuili puniuntur: nunc agamus de pœnis iure canonico in reos decretis. Habēt eccleſia. pœnas quas dicunt ſalutares, theologī penitētiales: id enim ad theologos, quare eas omitemus: inſtituimus pœnas fori **ECCLESIAS TICI** declarare.

DE PŒNARVM

Sunt igitur qui suspenduntur à fratrum communione: à communione eucharistię donec penituerint vel perpetuo: ab oblatione, à preceptione sacramentorū, consecratione episcoporum, collatione ordinum, tonsurę clericalis, à pontificalib⁹, officio sacerdotali, missarum celebratione, ab ingressu ecclesię, à diuinis, ad tēpus vel perpetuo, ab officio, voce capituli: nō quod capitulum vocem habeat, sed singuli, qui faciūt capitulum (his vocibus, & eo genere dicendi oportet nos vti recepto ab ecclesiasticis, ne si ab eo recedam⁹ tenebras lectorum oculis effundamus) beneficio obtinēdo ad tempus vel perpetuo, ab administratione rerū ecclesiasticarum, à priuilegio clericorum, collatione beneficiorum simpliciter vel ad tempus, collatione magisterii, officio prædicandi verbum Dei, officio aduocationis, confirmatione episcopi, vel inferioris: interdū vel à canone id est ipso iure vel ab homine, id est iudice in eos, qui non seruant suspensionem habes tex. in c. Si quis c. placuit xi. quæst. iiii. Doct. in c. si de cle. exco. ministrante. Est & pœna quę dicitur irregularitas, qua quis ab ecclesiast. ord. repellitur: vel vt in his ministret: ortum habuit, vt dixit Innocen. in c. nisi cum pridem, .personę de renunciat. à iure canonico videtur hæc pœna orta ex figura quę ponitur

ii. Reg.

ii. Reg. c. vii. Paralip. primo c. xvii. xxii. Est & pœna fori ecclesiastic. excōmunicatio, & anathema: hinc anathemata homines sacri, quorum capita diis, & manibus inferis dicata fuerant apud gentiles. Anathematizare est execrari seu deuouere, inferis. Sed nos christiani anathematizatum dicimus priuatum suprema ciuitate Christi & cōsortio fidelium: Anathematizatio est solennis quædam excommunicatio: vt dixit glo. in extrauag. excommunicamus, Panor. in c. cum nostro de offi. ordi. de hac pœna videtur loqui tex. Iosue vii. Deutho. ix. Marci xiiii. Paulus ad Romanos ix. primæ ad Corint. xv. Differt etiam excōmunicatio & anathema: c. nulli & sequenti iii. quæst. iiii. c. de accusatoribus xi. quæst. iii. Sunt qui excommunicatos vocent absentos. Est pœna maxima de iure canonico nec vlla maior c. corripiantur xxii. quæst. prima: Instituta à Christo Mathei xviii. Ioan. xx. de qua loquitur Paulus primæ ad Corinth. c. v. ad Thimo. c. primo & c. ii. primæ ad Theffal. c. iii. Quæ excommunicatis interdicta fuerunt habes §. in omnibus in auten. de sanctif. episcopis, §. primo in auten. de interd. collect. hære. l. placet C. de sacrosanctis ecclesiis c. pia de except. c. licet de senten. exco. in sexto: hæredes institui non possunt: habes constitutionem Innocentii tertii factam

D E P O E N A R V M

in cōsilio Lugd.anno salutis 1245. in titulo de excep.
 in sexto. Excōmunicati exigere nec elligi possunt c.
 pastorālis §. si. de appella. nō possunt sacerdotia cō-
 ferre: nec ministrare sub pœna irregularitatis c. apo-
 stolicæ de cle. excommunicato ministrante. Ethnici
 etiā quodam genere excōmunicationis vrebātur: vt
 habes apud Cēsarem lib. vi. vbi dicit Druidas Gallo-
 rum sacerdotes, qui sedes Carnuti habuerūt solitos sa-
 crificiis interdicerē iis, qui suis decretis nō paruissēt:
 Quibus ius perētibus nō reddebatur, nec authoritas
 magistrat⁹ dabatur: in numero sceleratorū habebātur
 scriptiq; erāt vt impii fugabātur: hmōi interdictione
 vsū sunt & Atheniensīū sacerdotes, vt refert Tucidi-
 des: nā olim magistrat⁹ Atheniēsiū collegiatim sacer-
 dotib⁹ iusserūt, vt Alcibiadē execraretur, & deuoue-
 rēt, quòd statuas Mercurii polluisset, & truncasset:
 oēs paruerūt dēptis sacerdotib⁹ Cereris asserētib⁹ ora
 re ad se pertinere, nō deuouere. At nūc sine causā ido-
 nea infertur excōicatio: idq; impunè, quāquā puni-
 niri debeāt ex canonica constitutione: quanto igitur
 meli⁹ Ethnici illi sacerdoes falsa & dānanda religio-
 ne imbuti, quib⁹ potius fuit bene quā malè precari.
 Itaq; eorū institutū laudauit Ludo. xii. rex Gallorū,
 cū Iulius pōtifex diras in ipsum cēsuras euomuisset:
 atqui

atqui, inquit, precādi ille, non imprecandi causa pō-
 tifex creatus est. Excōmunicatio tamē iusta timenda
 est c. primo c. illud. x. quæst. iii. c. cū cōtingat de offi.
 deleg. c. per tuas de sentētia exco. Carēt excōmunica-
 ti sepultura loci sacri c. eugeltrudam, iii. quæst. iiii. c. si
 quem de senten. excō. Hęc sunt animaduertiones pō-
 tificiꝝ: quæ censuræ vocantur, siue diræ proscription-
 nes, id est inferis stigilq; intemperis animam sacrare.
 Excōmunications aggrauationes sunt animarū, vt
 dicunt ecclesiastici, supplicia ignominia execrabiles
 quas laxare prohibentur nisi iusta causa in consilio
 Niceno primo celebrato Constantino imperatore pri-
 mo huius nominis & Siluestro pontifice: cūm pro-
 hibitum fuisset excommunicatis communicare, alia
 sel ione prohibitum fuit, non nisi iusta causa censu-
 ras laxare, statutūmq; bis in anno episcoporum pro-
 uincia fieri consilium, excommunicarēq; an iustè la-
 xatē fuissent cēsura: id & in cōsilio Toletano primo
 fuit renouatum: vt refert Gratianus xi. quæst. iii. sic &
 in Antisiodore. Nec silētio trāsmitendū quod in cele-
 berrimo triū totius Gallia ordinū apud Aurelianos,
 cōsilio deliberatum opera & industria doctissimi &
 sapiētissimi viri D. Michaelis Hospitalis iuris in Gal-
 lia præfecti, dolatū & excultū est edictū, cuius verba.

DE PŒNARVM

Ne pourront aussi les prelates, gens deglise ou officiaux decerner monitions, & user de censures ecclesiastiques sinon pour crime & scandale public. Est & pœna ecclesiastici fori, interdictum generale vel particulare siue speciale, c. cùm in pactis de verb. signif. c. si sente. c. alma de sententia exco. in sexto, c. quisquis iiii. quæst. v. de eos, de sepul. Est & pœna fori ecclesiastici depositio: depositus celebrare non potest sub pœna excommunicationis perpetuæ, nec ei datur viaticum, nisi in fine vitæ c. accedens. 50. dist. solent hi in arctum monasterium intrudi, vt ibi perpetuò peniteant: c. sicut §. clericos de ho. c. quamuis c. penult. de hære. c. sacerdos lxxxi. dist. Sed hæc pœna exoleuit: quoniã omnia fere monasteria sunt à iurisdictione episcoporum exempta: sed hæc exemptio antiquata fuit apud Aurelianos hoc anno in celeberrimo trium ordinum totius Galliæ conuentu ecclesiasticorum, nobiliũ, & plebis. Interdum rei in foro ecclesiastico ad perpetuos carceres, vel temporales damnantur, pœna morte grauior: de his Doct. in c. tuæ de penis, maximè Panor. à quo tamen Decyus dissentit in dicto c. cū non ab homine de iud. Arety. in c. nouimus de verbo. sig. extrauag. diuinis de pœnis. Eugenius papa huius nominis prim^o voluit vt quilibet episcopus haberet carceres ad penitentia

nitentiam clericorum delinquentiũ c. sacerdos lxxxi. dist. iure tamen ciuili carcer ad custodiã, non ad pœnam inuentus est, l. aut damnũ §. solent, ff. de pœnis l. incredibile C. eodem. Moses instituit carcerẽ ad custodiam blasphemii donec de blasphemia liqueret: Leuitici xxiii. in leuioribus tamen criminibus iudices seculares carcere vtuntur ad pœnam, vt dicitur in l. prima, §. si. ff. de alex. lusu l. si. §. si. ff. de his quæ in fraudem credi. facit tex. in l. diuus §. primo, ff. de custo. reorum, ibi Hanc pœnam: & vt repetam in quo Decyus dissentiat ab Abbate, dixerat Panor. sacerdotem debere deponi & intrudi in perpetuũ carcerem, si commiserit crimen morte vindicandũ iure ciuili, si verò pœna mitiori, tunc detrudendum in monasterium: dicit Decyus tex. esse contra in c. clerici de exce. prela. c. tuæ de pœnis, ibi fit detrusio in monasterium licet iure ciuili mors esset imponenda: Decyo etiam non placet Areryni sententia, quã mihi videtur Decyus non intellexisse: dixit Arerynus perpetui carceris non damnandum pœna sacerdotem nisi crimẽ capitale cõmiserit, in quo iura ciuilia pœnam mortis inferunt, si iudici ecclesiastico alia pœna castigandum videtur: nisi in casibus exceptis, in quibus expressè iure canonico ita cautum est. Secundo

T propter

DE POENARVM

propter immanitatem criminis, vt quando acerrimum supplicium iure ciuili imponitur: vt ignis, membrorū laceratio &c. Tunc perpetui carceris imponitur, vel si iudici ecclesiastico videatur degradatū reū curiæ tradat seculari, modò sufficientem pœnam nō habeat: & ita intēligit tex. in. c. nouimus. Rei detrusi in Acheruntem & Tartarum luce priuati, nimium vi uaces mærore pro cibario, lachrimis pro potuꝝ victi tabant: inhumana pœna, calamitosum domicilium. Fuerunt & quidam, qui non mitiori sed acerbiori supplicio vterentur, eo scilicet, quo vtuntur monachi in delinquentes fratres, & ab omnibus *Au uade in pace*, dici consuetum est, verum nihil dum nobis certi prælatum est, ac præter rumorē nihil quod asseuerare possimus, habemus ad hæc Afflicto nō dāda afflicto, neque iam languenti langor. Carcerū tria erāt genera apud antiquos: vnū in quo debitores seruabātur, vt tædio carcerū soluerēt, vt habes in le. xii. tabula. Et apud Liniū: hæc pœna frequens est admodum in Flandria ex ordinatione Caroli quinti Imperatoris, quam cōdidit anno salutis. 1540. Brucellis, statuit ne debitores à carcere liberarentur, nec quidē cessione bonorum, si sint debitores, quos Bald. dixit, fallitos, vulg^o *Banquerrotiers*) quos voluit puniri pœ-

na corporali. Id ante statuerat Franciscus rex Francorum, anno salutis .1536. Lugduni.xii.Octobris:Id statuit Carolus rex Francorum in conuentu & consilio trium ordinum,habito apud Aurelianos, anno 1560.Cuius lex est huiusmodi,*Tous Banquerrotiers, & qui feront fallite en fraude,seront punis extraordinairement & capitalement.* Erat & carcer in quo immo desti,& parum exculsi, petulantés ve detrudebátur, vt ibi à sapientibus doctís ve docerentur.Hinc Plato de legib.xi.appellat carcerem correctionis, in quo detineri vult,qui amentia quadá peccassent,ad quos neminem permitit accedere,præter sapientē, doctū, & bonū:eūque noctē tantū. Tertius carcer scelerosorum,quo detinebátur donec de causa liqueret: Baldus verò fecit quatuor:Carcerum species prima est perpetuæ pœnæ,de qua in dicto capitulo. nouimus. capit. excommunicationis de hæred. secunda modicæ correctionis, §.audient in autenti.de defenso.ciuit.tertia eorum qui detinentur ob scelera, donec de causa liqueat.Est & cárce, qui non continetur parietibus:sed autoritate iudicis,ex.l.succurritur. ff.ex quibus causis maiores:cuius generis est carcer quo in nonnullis GERMANIAE & ITALIAE partibus,iudices in leuiorib⁹.vt debitis.

DE POENARVM

vtuntur: ducto enim in media via circulo, reũ includunt, ex quo nisi prius perfoluerit si digrediat, virgis cæditur, fideculis torquetur, aut infamis habetur: Utuntur & ecclesiastici pœna exilii, cuius fit mentio in c. primo de calũnia. c. cũ beatus xlvi. dist. c. penul. de pœnis c. hĩ qui, iii. quæst. iiii. Barba tamen dicit nõ inueniri iure canonico pœnam exilii, in quo errasse videtur. Gratianus in c. valet lxxx. dist. verba Isidori scrip. valet, inquit, interdum conuersis pro salute animæ mutatio loci: plerunq; enim mutatur cũ eo mētis affect⁹. congruũ est ergo inde corporaliter euelli, vbi quisq; illecebris deseruiuit: Nãq; loc⁹ vbi quisq; prauè vixerit, in aspectu mentis apponit quod sæpè ibi cogitauit & gessit: quamuis Horatius canat

Cælum, non animum mutat, qui trans mare currit.

Ecclesiastici iudices verberibus puniũt clericos citra tamen vitæ, & membrorum periculum: de verberatione fit mentio, in c. primo de calumniat. in dicto c. cum beatus, c. fi. xxxv. dist. Cauendum tamen ne clericos, maximè qui in sacris sunt, verberare faciãt manu laicorum c. vniuersitatis de senten. exco. Clerici etiam priuãtur beneficiis ob grauè delictum c. iuramentum xvi. quæst. vii. interdum ipso iure: de his vide Panor. in c. inter dilectos de exce. prela. vbicunq; quis

quīs incurrit ipso facto pœnam priuationis beneficii potest absq; alia sententia beneficium conferri alteri
 tex.in c.primo ibi Dominicus, §. sacri de ho. & tenentur restituere fruct⁹ perceptos à die delicti commissi siue extent, siue locupletiores, siue non &c. Ita Paul, Castren.in l.prima, ff.de his quibus vt indig. & eiusdē fuit opinionis Hipol.Marcil.singulari 5 2 5.Alexā. Ias.in dicta l.prima Cardi.alterius fuit sententiæ in cle. constitutionem §.cæterum de elect.Fely in c.quartæ dicit solùm teneri à die accusationis propositæ, vel factæ inquisitionis, nisi crimen esset de grauioribus: quia tunc ipso iure priuati sint &c.condemnântur ad restitutionē fructuū à die delicti commissi &c.Vtuntur & ecclesiastici iudices bonorū publicatione, quæ tamen Iustiniano displicuit: vt habes in titulo de mādā.priucipum: sed id statuit, eo tēpore quo ecclesiastici de suis bonis disponere non poterant: quia tunc ecclesiis statim post mortem bona addicebantur: hodie secus de his Oldradus conf.xvii. sed cum hodie cōsuetudo inualuerit, vt sacerdotes testamenta facere possint, & de rebus suis disponere, creuit clericorum insolentia, avaritia, cupiditas habendi cum diuitiis, & bonorum copiam iudices ecclesiastici voluerunt imitari leges ciuiles, vt bonorum iactura punirent cleri-

DE VARIETATE.

ricos dēpto ne egerent in dedecus cleri: glo. & doct. in c. ecclesia sanctæ marię de cōsti. c. quod cle. de foro competen. Degradatio' inter pœnas iuris canonici ponitur c. tuæ de pœnis c. qualiter secundo de accusa. qui purius loquuntur exaugurare sacerdotem dicunt, pro degradare, hoc est iuri civili dedere: sacerdos exauguratus à magna matre abdicatus dicitur, curiæque seculari traditus. Porro degradatio duplex actualis & verbalis: post actualement reus traditur curiæ seculari, vel carceri perpetuo mancipatur. In verbali non item: sed interdū monasterio includitur Panor. in c. at si clerici de iudi. Innocentius dicit hanc degradationem & traditionem curiæ seculari esse speciem mortis, ita in c. qualiter ii. de accus. Et si in clericis qui in sacris sunt requiratur degradatio, in clericis tamen simplicis tonsuræ non requiritur, cum habeantur pro degradatis si se immiscuerint obscœnis & enormibus c. clericus de vita & honest. cle. in cle. c. ii. de iudi. in sexto opiniõe à Butri & Barbe. antiquata. Vtuntur & ecclesiastici alia pœna: nam clericos qui etiam sunt iam sacris iniciati remis addicunt, ad cathenam dicimus, vulgus *aux galeres*, hoc est in nauī ecclesiæ: de hac pœna loquitur Innocen. in c. qualiter de accus. Ibi ponuntur verba Augustini ad Marcel. qui

quī voluit clericos, qui graua committunt non puniendos morte, truncatione membrorū, sed operib⁹ malignis vtilibus ecclesiæ deputandos: facit quę dixit Innocentius in c. qualiter ii. de accusa. pœnam dānationis in metallum non inueniri in canonibus, sed si imponeretur, non retractaretur sententia: hæc sunt eius verba. Ego tamen non subscribo eius sententiæ, indecens puto sacerdotes quantumlibet fascinorosos in turba aliorum sceleratorum colligari, & cum aliis nudos verberibus affici, flagellari, excarnificari: tollerabilius foret post degradationem curiæ seculari tradi, & quouis genere supplicii momentanei mori, quàm in tanta erumna, immunditia, tanto tempore in tam dedecorosa seruitute viuere, non viuere, sed quotidie mori: Est & pœna qua cui interdicitur ecclesiæ ingressus, minor quàm suspensionis ab officio, vt habes in c. is cui de senten. exco. in sexto. Mitratio est pœna fori ecclesiastici valde frequens c. de benedicto xxxii. quæst. i. Panor. in c. quā sit, de foro cōpe. Card. cōs. xcvi. inter pœnas corporales hæc ponit. Hodie qui hac pœna afficiuntur cōpedibus vincti mitrantur in scalario suggestu, siue theatro, & ita mitellati coguntur patētib⁹ aurib⁹ p̄tereūtis plæbeculæ obaudire scurrilitates ad aliquod horas:

T ūti indu

DE PŒNARVM

induuntur autem vestem papiraceam, vel lineam, in qua pinguntur demones qui videntur inducere hominem ad scelus quod patrauit, & ad maiorem infamiam caput illis raditur, capillis inequaliter tonsis: ipsorumq; vestibus inscribitur nomen, patria, & ob quod damnati sunt crimen. Clerici etiam puniuntur pœna pecuniaria c. dilectus de officio ordi. licet mihi tex. videatur contrarium velle c. licet de pœnis. Pecuniam à clericis ob scelus acceptam episcopus debet erogare pauperibus, vel restorationi sacrorum locorum: non reparationi capellæ episcopi, vt consuetum est: & vt scrip. Bald. in auten. bona damnatorum C. de bonis damna. Clerici etiam ob leuia delicta damnantur, vt certis diebus in carcere episcopi detineantur: interim aqua & solo pane victitates, & Psalmos, interim coguntur cantare. Erat & pœna olim fori ecclesiast. dicebatur. *Monter sur le cabaler*: sed ea abiit in diffuetudinẽ. De iure canonico bigamia ab aliquibus inter pœnas iuris canonici ponitur, quæ grauis videtur: digamos dicimus secundo nubentes, alii bigamos infami nomine, hoc est bis fatuos, vt quidam volunt, & ex iis nuptiis natos epygonos dixerunt. Ex primo matrimonio progonos, quidam monogamos: bigamos ordinare fuit prohibitum c. curandum 24. dist.

dist. cum sequenti: Cyricius primus pontifex id statuit; & si de facto ordinentur priuantur sine spe dispensationis beneficio, c. super eo de biga. in sexto. Episcopus qui scienter ordinat bigamum punitur c. nullus lv. distin. constitu. Arelat. ibi scribitur à Gratiano cōstitutione cōsiliū Meldensis omnino bigami repulsi fuerunt à sacris ordini. c. nemo xxxii. dist. habes decretum consiliū Neocesariensis in ca. si cuius xxxiii. dist. Aurelianensis c. si laici, l. dist. c. primo de biga. & quæ Gratianus in c. vna, c. si sine li. dist. i. Collatio beneficiū facta bigamo est nulla ipso iure, cum laicus cōsecratur, c. cū adeo, de rescrip. c. ex literis, c. ii. de transact. repellit à prima tonsura, quia quodam modo psalmistat⁹ ordo dicitur c. psalmista, xxiii. dist. c. primo. xxv. dist. c. cum cōtingat de ætate & qualitate. Arresto Senatus Parisiensis anno salutis 1519. in causa Nicolai & Ioannis de loue dictū, non obstante dispensatione summi pontificis bigamum fore incapacem beneficiū etiam simplicis tonsurę refert Ioannes Papon in Arrest. libro iii. Est & pœna qua quis immunitate ecclesię priuatur, vt puta immanium criminum re⁹, c. primo de homicidio c. primo eodem in sexto c. inter alia de immunitate ecclesię, Exo. xxi. Deu. xix. Numeri xxxv. Iosue xx. Regū tertio c. ii. immunitas siue

DE POENARVM

Asylum fuit datum certis personis & locis, primo ab ipso Mose, id idem fecerunt sancti patres qui ante nos fuerunt c. reum, c. si quis contumax xvii. quæst. quarta, & necdum dederunt immunitatē his qui in templis fugerant: sed & qui in atris templorum, c. quicquid, c. deffiniuit, c. id constituimus: eadem habes & legem Honori, & Theod. Imperat. in l. præfenti. Asyla etiam habuerunt Æthnici nepotes Herculis timentes insidias eorum quos Hercules læsisset, primi feruntur templum misericordiæ statuisse, hinc statius in Thebaid.

*Fama est de fessos acie post busta paterni
Numinis herculeos sedem fundasse nepotes,
Sic sacrasse loco cōmunē animantibus agris cōfugiū &c.
Romulus Romæ, vnde Virgil.*

*Hinc lucum ingentē quē Romulus acer asylū retulit etc.
Ovidius fastorum tertio.*

*Romulus ut saxo lucum circumdedit alio
Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.*

Dicunt Nébrotidē asyla instituisse Iaco. Philippi. author Cadmus Thebis Plutarchus. Carolus magn⁹ post Iustinia. edixit ne homicidæ & rei criminū capitaliū gauderent immunitate. Abbas Ansegisus lib. i. c. viii. extat ordinatio Francisci primi regis Gallorum.

cum

cū vidisset propter Asylorum impunitates multa facinora cōmīti magna licētia immunitates abrogauit non omnino vt videre potes: Tiberius Imperator id idē fecerat, quæ nos in. C. ho. Fufius scrip. multis & variis pœnis iudices vtriusq; fori vtuntur, quas scriperquā difficilē foret, quemadmodum canit Virgil.

Non mihi si centum lingua sint, oraque centum

*Ferrea vox omnes scelerum comprehendere pœnas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.*

Post tantas autē pœnas restat vna, & ea maior ceteris: de qua primo. c. aliqua scrip. & de qua loquitur Iuuenalis, cuius verba quod ad rem faciant repetere nō pigebit, *Prima hac est vltio quod se iudice nemo nocens absolvitur, improba quamuis gratia fallax pratoris vicerit vnam,* Quæ pœnæ iure diuino & humano rependūtur: Quæ res vt perspicua magis fiat, paulò altius duxi repetendam stimulorum nostri pectoris rationem secuti: Omnis lex aut diuina aut humana aut satanica rursus etiā lex diuina diuiditur in legē naturæ, quæ non scripta est atramento, sed in tabulis cordis nostri à Deo insculpta & latam, que in legem veterem & nouam diuiditur: vetus iterum, in moralē & cerimonialē, & iudiciariam: lex humana

DE POENARVM

media est inter diuinam & diabolicam, ordinatio est non precipiens de interiori mentis iustitia, non iudicans de oculis, sed de exterioribus loquitur, de rerū diuisione, possessione, contractibus, testamentis: ea à philosophis anima Reipu. dicitur, sine qua nō Resp. sed nec exiguus hominum cœtus, nec quidem dom⁹ parua cōstabit. Lex Satanica contraria est legi Dei ex diametro, cuius author demon, qui nititur leges diuinas salutiferas corrumpere, tum & humanas noua lege inducta tollere nititur, dicitur lex carnis, alibi lex peccati. De ista loquitur diuus Paulus ad collo. vii. Alibi dicitur lex mortis, hac ratione demon dicitur princeps mundi, in sacris literis: quod eius consilio multę leges factę fuerunt tyrannicę buriales contrarię legi Dei: demũm harum legum author bonas leges tollere nititur. Sed nos de lege diuina hic loquimur, quam Æthnici dicebant à natura datam in cordibus nostris, scriptam tanquam viuentes tabulę ex qua Dei, & eius voluntatis notitiam acceperunt primi homines. Quę (inquam) gentes sibi ipsę lex sunt naturę propensione testimonium ipsis perhibete: cuius lumine Deum creatorem & totius machinę conditorem perceperunt, virtutẽque propter Deũ expetiuerunt, principes vt viuentem Dei imaginem

ginem, magistratus vt Dei & principū vicarios honore prosequerentur: Hanc naturæ legem Cicero, licet Christum non agnouerit, libro de legib. ii. Dixit prouidentiam & particulam diuinam, cuius ductu iustitiam sectamur & iniustitiam aduersamur: Cuius meminit diuus Paulus ad Roma. ii. *Cum enim, inquit, gentes quæ legem non habent, ea quæ sunt legis faciunt, naturaliter ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis in cordibus suis scriptum, testimonium reddente illis conscientia.* &c. Iustinianus de ista loquitur in. §. penul. in ff. de iure natu. Insuper eadem lex multis signis & indicis declarat quid honestum quid inhonestum, virtutisque nobis seminaria inserit nascentibus: quæ si nobiscum adulescere sineremus, ad beatam vitam sine errore pertingeremus. Quare Cice. Tuscul. tertia. Si (inquit) sequamur naturam ducem nunquam aberrabimus. Itaq; Cato maior, vt retulit Cice. in Senect. Omnis homo naturali lege cordi & menti innata cognoscit quæ facienda sunt, & quæ fugienda, neq; quisquam qui naturæ obêdit, peccat: sed contra qui naturæ optimæ matri repugnat, is more gigantum cum Deo pugnat, peccatq;: Quid plura: hac lege efficitur, vt horrendæ quidê sint poenæ vtraque lege constitutæ: sed hæc vna pœna, qua ii conficiuntur,

DE POENARVM

quorum scelera preterquam Deo nulli innotuerunt nulla sit formidabilior, crudelior, & rursulentior, & quæ hominem lento tabo (quod subita morte longe grauius est) absumat. Quare Persius nil exitiabilius tyrannis imprecatur, quàm vt conscientia sua vexentur. eius verba.

*Magne pater diuum sceuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis, cum dira libido.*

*Mouerit ingenium feruenti iuncta veneno
Virtutem videant, intabescantque relicta*

*An ne magis seculi gemuerunt æra iuueni:
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureus subter ceruices terruit: imus,*

Est autem hæc pœna principum propria, vt quibus quod volunt liceat, cum nullis legibus humanis aut teneantur, sed eas pro libidine figant atq; refigant, iudices ponant & deponant, quorum è nutu prouincia tota regatur & cõtremiscat: principes igitur cum à nullo mortaliũ puniantur iusto Deus iudicio sanxit vt ipsi à sese sua conscientia & sceleribus plectantur. Proinde rectè Claudianus ad Honorium Imperatorem.

*Tu licet extremos latè dominere per Indos
Te Medus, te mollis Arabs, te seres adorent.*

Si metuis, si prava cupis, si ducis ira.

Seruij patiere iugum, tollerabis iniquas

Interius leges: tunc omnia iure tenebis,

Cum poteris rex esse tui, &c. Nam cum anima extra ordinem est vel eam harmoniam qua ad bene & honestè agendum creata est, ea confusione & perturbatione patitur, quia (vt inquit Augusti.) iussisti domine & ita est vt omnis inordinatus animus sibi pœna sit. Hieremias scito (inquit) & vide quia malum & amarum est te reliquisse dominum. Esaias cor impij quasi mare feruens quod nunquam quiescere potest sed redundant fluctus eius in conculcationem & luctum, quia non est pax impiis dicit Dominus: Itaq; Orestem cædis maternæ reum ad furorè perduxit, Seneca dicit à furiis agitarum Orestem. Sillâ dictatorem Romanum ita terruerunt & concitauerunt scelera, vt Marianorum animas assiduè sibi obuersari videre videretur, ex qua animi anxietate in morbum quo mortuus est, incidit: Neronem post Agripinæ matris cædem, tanto metu sceleris conscientia concutiebatur, vt noctu de lecto repente profiliret: Interdum perterrefaciebant tibicines auditi classicum canere cum maximo tumultu quo in loco Agrippinæ ossa sepulta erant.

D E P O E N A R V M

Quamobrem alio migrabat, cūmque ibi idipsum ei accideret perterritus, alio iterum proficiscebatur, sed tandem nusquam eum terriculamenta relinquebat: scrip. Dion Niceus. Catulum Syriæ præsidem ita flagitiorum recordatio cruciabat, vt à se occisorum manes sibi instantes ac minitantes ob oculos haberet (multa eñ milia iudæorū indicta causa interemerat) quem paucis post diebus ea mentis anxietate sublatum scrip. Iosephus. Theodorico Gotho Itatorū regi sic infestæ fuerunt animæ Syfmachi Boetii, & Ioānis Romani pontificis vt ab iis iniustè interemptis nulla quiete sit potitus, vt quadragesimo die post Ioccedem expirarēt: scrip. Procopius, post eum Sabellius: Cūm forte caput piscis esset oblatum in cœna, imaginatum esse regem Syfmachi se faciem cernere, quæ inferiore labro mordicus apprehenso, toruis sibi oculis minaretur, territūmque eo ostento, in lægorem incidisse, quo sit postea cōsumptus: vnde hæc nisi ex conscientia: adeo verum illud Davidis, iniquitatem meam cognosco, & peccatum meum contra me est semper: cui succinuisse videtur Iuuenalis his carminibus.

Euasisse putas quos diri conscia facti

Mens habet attonitos & surdo verberare cadit

Ocul-

*Occultum quatiens animo tortore flagellum:
Pœna autem vehemens ac nullo seuior illis
Quas sedigitius grauis inuenit & Rhadamantus,
Nocte diéque suum gestare in pectore testem.*

Item & alio loco.

*Criminibus tacita sudant præcordia culpa,
Indè ira, lacrima &c.*

Abs quo non distat illud Ouid. primo de Pôto.
Pœnitet & factò torqueor ipse meo.

Et amorum.ii.

*Multa miser timeo quia feci multa proteruè,
Exempliq; metu torqueor ipse mei.*

Recte Cice. in Catili. nōne *Iniquitates tuæ quasi furia tibi occurrunt.* Itaque Bias interrogatus quænam res in vita careret metu, respondit bona conscientia, quâ efficitur teste Socrate, vt quis tranquillè & viuat & moriatur. Apollonius apud Philostratum dicit, homines scelerum conscientia torqueri in tantū, vt eos non sinat quemque recto intuitu aspicere aut expedite verba facere quin à sacris precibus & votis arcet, neque manus ad deorum simulacra attollere finit attolentemq; increpat, ac insuper ab omni hominum cætu reiicit, dormiētem terrefacit, imagines scelerum in somnis efficit, terrores phantasticos ostē-

D E P O E N A R V M

dit, quia quemadmodum canit Phocilides, *Consci*
ipse sui de se putat omnia dici. Non igitur viuit qui si-
 bi malorum conscius est qui flagellum continuum
 in anima habet: Sed vt Promothe⁹ eroditur, cui sce-
 ratur exeditur conscientia maleficiorum, stimulat
 metu, exanimatur iudiciorum atq; legum: quocunq;
 aspicit ei vt furia sic ei suae occurrunt iniuriae qua
 eum respirare non sinunt, sed facibus ardentibus pe-
 ctus exuscitant Erymnes: vt imminere putent capi-
 ti semper Tantali saxum, impius enim tremit vbi
 nullus est timoris locus, eius vermis non moritur:
 Esaiae vltimo capit. Qui consurgit ex putrilagine
 peccati sicuti computrescente cadauere succrescunt
 inde vermiculi: Gregorius clibanum intrinsecus ar-
 dere scrip. in conscien. Sceleratorum mentis aestua-
 tionem clibani vocabulo significans, quae aufert spi-
 ritualem iucunditatem spiritale supplicium ignis, isto-
 rum & si legibus soluti sint non extinguitur, sed agi-
 tatur maleficiorum recordatione magis quam mil-
 le testibus exterretur, vnde fit, vt dixit Pithagoras, vt
 vir iniquus plus mali patiatur afflicto conscientia,
 quam ille qui in corpore castigatur, & flagris cedi-
 tur: Sophocles si in furto palam quis deprehendatur
 illu tacere necessum est, licet eloquentissimus fuerit,
 audas-

audacissimus cōscientia scelerum fit timīdissim⁹, fugit enim impius nemine prosequente: E cōtrario homine nullius criminis absurditatis ve conscio nil pacatius & tranquillius, nam vt canit Horatius.

Hic murus aheneus est

Nil conscire sibi nulla pallefcere culpa.

(Et vt inquit) diuus Bernardus, nil sibi conscius audacissimus nil formidat, non verborum cōtume-
lias non damna conscientia inculcata eum consolatur etiam morientem vt letetur inter erumnas falsasq; accusationes: Augustinus super Genes. nil melius memoria recte factorum conscientia recte voluntatis maxima consolatio est. Quare principes & omnino qui summa iuris præcepta ab Vlpiano in. l. iustitia. ff. de iustitia & iure violant tum & nature præcepta iniuriosi quique alterisunt. Quamquam ipsorum scelus publicè non vindicetur interius tamen à carnifice conscientia puniuntur, quæ mentis vexatio continua ita eos exagitat noctu diuque, vnde perpetuus langor tristis vultus & quasi quedam vulnera illata cicatricès ve in animo circumferunt, quæ nunquam cibum aut somnum capere sinunt: Sapienter itaque Philoso. Princeps,

DE POENARVM

Socrates Dæmonicũ adimonet ne spe celandorũ viti-
torum ad peccatum alliciatur, quòd futurum sit, vt
cum ab alio certe à se puniatur: cuius sententiã ita red-
dita fuit.

Nil pecces: alios quamuis nescire putabis,

Ac semper tenebris crimina te cta fore:

Nam si præter te veniat nullius ad aures,

Inscius admissi criminis esse nequis.

Hincque circum præcordia fibras

Vultur edet: furijs diripere tuis.

Paucis qui semper in desertis vixerit si quid im-
pii admiserit agnoscitur, nec excusare potest, testimo-
nium sua sibi conscientia exhibente, is seruus est pec-
cati: omnes improbos seruos esse dicit Cicer. Parad.
Cum cupiditatum (inquit) dominatus excessit, &
alius est dominus exortus ex cõscientia peccatorũ ti-
mor: quanta est illa miseria, quam dura seruitus?

ARGVMENTVM.

*In animaduersionibus circumstantiæ sunt diligenter
cõsiderandæ: dolus, voluntas, impetus, pròpositum, causa,
locus, tempus, persona peccantis & eius in quem peccatũ
est. Criminum quadam morte extinguuntur, quadam in
personis,*

personis, quaedam in utroque vindicantur. Præterea quaedam scelera sunt publica, quaedam priuata, quaedam nec publica nec priuata, &c. Adhæc quaedam ordinaria, quaedam extraordinaria: tandem quaedam scelera à certis personis deferri debent: Alia verò minimè. Qui accusare possunt, & qui non. Inauditus non est condemnandus, neque protinus confessus: Quoniam iudicis est, neque seuerius agere, neque clementius: debet iudex omni animi perturbatione carere: Quid profit punitionis dilatio. Iudex pœnis solitis uti debet, ne crudelis habeatur: Iudex crudelior refractarium efficit populum. Quibusdam subita, alijs dilata placuit vindicta.



N delictis vindicandis multa de iure considerantur: dolus peccantis, sponte, proposito, impetu, an casu delictum sit commissum. Causa peccati, locus, tempus, persona peccantis, & eius, in quem peccatum est qualitas, quantitas, & euentus. Nam sponte peccant Homicidæ voluntarii. Impetu ebrii, irati & similes: proposito latrones, qui factionem habent. Casu, qui præter voluntatem fortuito in aliquod crimen incidunt. Hæc distinctio in omnibus aut iustam pœnam exigit, aut temperamentum

DE POENARVM

tit: l. respiciendum. §. delinquit. ff. de poenis. Causa, & persona eius, qui fecit, & eius qui passus est. l. aut facta. §. causa. ff. eodem. Aliter ex eisdem delictis milites puniuntur, aliter plæbei: plus puniuntur, qui præceptores parêtes mentis, veri hominis interioris, qui totus latet, videtur tamen loquela: hinc Socrates, *Loquere adolescens, ut te videam*: aut scriptura propria, quia notulæ literarum, sunt simulacra vocum: Parêtes corporis, parêtes spirituales, ciuiles, nutricios, qui magistratus, qui viros sacros, quàm si alias personas infimæ vel priuatæ fortis offenderent, seuerius serui, quàm liberi: famosi, quàm integræ famæ, eadem. l. §. persona, & l. sacrilegi prima. ff. ad legē iuliam pecula. Excipe tamen casum. l. quædam, eodē: Mitius plectitur, iuuenes quàm viri puectæ ætatis: l. auxiliū. §. in delictis. l. si ex causa. §. nunc. ff. de minori. l. prima. §. impubes. ff. ad scon. l. lileia. l. fere in omnib⁹. ff. de reg. iuris: vnde Dauid, delicta iuuentutis meæ, & ignorãtias meas, ne memineris, &c. Iob. Et consumere me vis, peccatis adoloscētix meę: Seneca lib. tertio de ira, puerum (inquit) excusat ætas, fœminam sexus, adolescens tamen interdum punitur. l. impunitas. C. de poenis. l. excipiuntur. ff. de sco. l. lilla. l. si arrogati. ff. de tutel. id verum si sint doli capaces, aliàs non. Athenienses puerum extremo supplicio affecerūt, qui la-

minam auream quæ ex Dianæ corona deciderat, substuliffet, quòd doli capax is esse videretur. Ælian² variæ histor. libro quinto. capitu. decimo sexto. Milites mitius puniuntur, quàm pagani, dicta. l. capitulum. §. fina. ff. de pœnis. Locus consideratur, nam locus facit vt idem crimen, vel sit furtum, vel sacrilegium, minore vel maiore supplicio luendum, dicta laut facta. §. locus. Maiori pœna afficitur sacrilegus quàm simplex fur: quia sacrilegus exuritur, vel bestiis obiiicitur, dicta. l. sacrilegii &c. Fures Zonarij, burcisecæ manticulari, crumenisecæ, Balantiatonij græce dicuntur, qui in palatiis aut templis furantur, etiam pro minimo eodémque primo furto, laqueo strangulantur. Memini ego cum leges audiebamus Tolosæ, vidisse furẽ sacculariũ marsupij incisorẽ in æde diuo Saturnino sacra, deprehẽsum sentetia Nicolai Bertradi prouicari eodem die in publico patibulo strangulatum. Zonarios sectores manticulariosq; in palatio deprehensos, statim ante fores palatii arresto senat² Tolosani laqueo necatos. Qui pecus domitum abegit à stabulo, maiori supplicio torquetur, quàm si à sylua, nemore, grege, vel ab aruis. l. oues. ff. de abigeis. Euenit etiam vt eadem scelera in quibusdam prouinciis grauius plectantur: vt in Africa

DE VARIETATE.

messiū incensores: in Misia vitium: vbi metalla sunt, adulteratores moneta: id Claudianus Iuriscon. in. l. aut facta. §. si. ff. de pœnis: Apud Indos fures, extremo supp. afficiuntur, velut iuris diuini & humani violatores tum & societatis humanæ: apud Scitas, vt turbatores: iuregentium, fures extremo supplicio afficiuntur. Durior lex Carintiæ, cuius meminit Pius pōtifex in geogra. & deinde Sabell. (est Carintia Germaniæ pars) si quis in furti commissi suspicionem venerit è vestigio laqueo necant, mox post triduum de suspicionem iudicant, si fontem inueniant pendere sinunt: si in fontem, deponunt à patibulo: exequiæ ex publico exoluuntur. Frotho rex Danorum, fures itaiectis neruis suspendi iubebat, ac lupum ad latus affici: vt pœnæ similitudo hominem beluæ similem, declararet extitisse. Apud Lacedemones & Ægyptios fures nulla pœna puniebantur, sed laudabantur: Zenoph. scrip. Diodo. libro. ii. dicit, Bocchorim regem lege ædita Ægyptiis permisisse impunè furari, nomine prius dato sacerdoti cui fur afferebat ablata, à quo domini reciperent, quarta furi data, quòd negligentes domini fuissent in re sua custodienda. Apud Samios vsque ad. xxx. annum furari absq; noxa licuit: scrip. Plutharch. In Germania latrocinia nullam habebant

bebant infamiã Cæsaris tempore: vt ille refert in cõ-
mẽtariis: in Gallia damnatis ad mortem, statim mo-
rituris, non datur Eucharistia, sed denegatur, Ludo.
Luxemburgo præfecto militum Ludo. xi. Regis Frã
corum damnato ad mortẽ, reo lesæ maieftatis, à Pe-
tro Dauriolo Cancellario & senatu Parisiensi (quã-
quam intimo animo petierit sibi dari) denegata est:
Eucharistię tamen loco panis benedictus oblatus: in
Flandria & viciniis prouinciis, morituro dánato ad
mortẽ datur, modò petierit sibi administrari: ex or-
di. Caroli quinti Imperato. quam habes in titu. de ca-
pit. Iud c. 79. conformis, ordi. ecclesię Maguntineñ.
c. ii. xiiii. questi. ii. habes text. in. c. super eo de heret. in
sexto: Panor. in. c. ii. de furtis. Tempus item in sumẽ-
do supplicio perpenditur, dicta. l. aut facta. §. tempus
l. tertia. §. emanfor. l. qui cum. ff. de re mili. §. si quis
quinque solidos, de pace tenenda. Tempus commif-
si delicti non personę mutatio: ita Bart. in. l. si seruũ.
ff. si ex noxa causa agatur, per tex. in. l. pri. ff. de poenis
l. pri. §. primo. ff. ad turpil. l. si. quis decurio. C. de fal.
Vnde Ouid. libro tristium primo Elegia prima.

Iudicis officium est vt res ita tempora rerum

Querere, questo tempore tutus eris.

Qualitas in delictis puniendis consideratur: acer-

DE P O E N A R V M

bis punitur furtum manifestum, quàm nō manifestum: scelus scelere atrocius, vel leuius est, dicta. l. aut facta. §. qualitate. l. capitalium. §. grassatores. ff. de pœnis. Quantitas pariter decernit furem ab abigeo: nam qui vnum suem surripuerit, vt fur coercebatur: qui gregem, vt abigeus dicto. §. quantitatis. Fur pro re magni valoris seuerius punitur, scilicet pœna mortis. Bart. in. l. leuia. ff. de accusa. Bald. in auten. sed nouo iure: quorū sententiæ multi se subscrip. ex. l. quod si nolit, §. quī assidua. ff. de ædil. edicto, magnū furtum equipollet ibi tribus. l. si his qui. §. penul. ff. de excusa. tuto. adde. l. ii. C. de supereact. tribu. libr. x. Apud Tartareos orientis, substrahens rem modici valoris septem diuersis diebus suffigatur: pro re magni valoris, occiditur: M. Paulus Venetus scrip. lib. ii. obseruationum pereгри. orientis, hæc tamen sententia Barto. & Baldi multis nō arridet. Plato etiam lib. de legi. ix. ita, &c. De furto, paruū siue magnū quis furatus sit, vna lex pœnæque similis sit omnibus: & dialog. de legibus. xii. *Si quis (inquit) aliquid publicum furatus fuerit, siue paruum siue magnum id sit, pari supplicio puniatur: nam qui rem paruā substulit, & minori vi quā qui magnā rapuit, æqua tamē cupiditate furatus fuit, etc.* Cuius sententiæ fuit Crisostomus in episto. vltim. ad

Thimo. homeli. tertia. Euentus etiam consideratur dicta. l. aut facta. §. euentus, quamquam lex non minus eum qui occidendi hominem causa cum telo fuerit, quam eum qui occiderit, puniat: hoc in lege Cornelia, in qua dolus pro facto accipitur, si non dolo crimen non committitur, voluntatem non exitum spectari. l. in leg. cornelia. l. diuus. ff. de sicca. Cicero in Miloniana oratione, dixit: praua hominum consilia quae exitum sortita non sunt, perinde vindicanda, ac si facinus cogitatum admissum fuisset: minus tamen dolendum fuit re non perfecta, sed tamen puniendum certe nihilominus, &c. Id debere fieri in atrocioribus (loquitur de seruo Clodii in eade Castoris deprehenso cum sica, Pompeii necandi causa) in quo totius Reipub. salus, maiestas sita erat: Tametsi non consumasset, & sic non credit idem iudicandum in leuioribus, nec ubi intra cordis archanum facinus retinetur, nec apparet de nequitia: is soli Deo est obnoxius: & ita Cato senior. Vnde Vlpianus titu. de poenis cogitationis poenam nemo patitur, Paulus iuriscón. in. l. plane. ff. de verb. signi. nec consilium (inquit) habuisse nocendi nisi & factum secutum fuerit, Caius iuriscón. ita quia non est ea res adeo turpis ut etiam consilium puniri debeat. l. qui autem. ff. de infra. iuxta illum Iuuenalis.

Nam scelus intra se tacitus qui cogitat nullum Facti crimen habet, &c. Euentus tamen prosper consideratur hodie ex. l. ii. §. postea. ff. de origi. iuris. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de iis qui not. infra. l. & si seuerior. C. ex quibus infra. habes exemplum apud Io. grammaticum cuius meminit Cælius lib. vii. c. xxi. scrip. fuisse quendam Promotheum Thessalum, quem cum Lacydes vellet interficere, & tum forte is laboraret Phymate (Tuberculum est furunculo maius rotundius atque planius) transuerberans persanauit, cum eo mitius actum esse, licet lege antiqua supplicio extremo esset afficiendus. Eodē modo Nicanor Ehippoin tulit salutare vulnus, percutiens animo occidendi. Et Seneca de benef. ii. *Tuber tyranni quidam ferro diuisit, qui ad eum occidendi venerat.* Plutarch. i opuscu. Philidis ad Demoph.

Exitus acta probant, careat successibus opto.

Quisquis ab euentu, facta notanda putat:

Plinius lib. epist. v. ad Rufum, Est omnino (inquit) sed vsu receptū quod honesta consilia, vel turpia, prout malè aut prosperè cedunt, ita & reprehenduntur: Cicero tamen pro Rabirio eos taxat, qui cōsilia euentis pōderant, & in parad. Nec (inquit) peccata rerū euentu, sed vitii hominum metienda sunt.

Seneca

Seneca.iiii.decla.Omnia(inquit)opera voluntas in-
 coat,occafio perficit.Sepe honorata virtus est,etiam
 vbi eam fefellit exitus: Scelera quoq; quamuis citra
 exitum subfederunt,puniuntur:nec infelix virtus a-
 mittat gloriæ titulum,nec gloriam virtutis interum
 pit felicitas.Demostenes,vide(inquit) quid ipse con-
 filii capiendum censuerim,nec ea quæ euenerūt in-
 torqueas:nam finis rerum omnium vt fortunæ li-
 buit,imponitur:electio consultantis,ingenium ostē-
 dit.Lege antiqua Phalæ legislatoris:Cartaginenses du-
 ces exercituum in crucem tollebat,qui prauo confi-
 lio,& si prospero euentu rem gessissent. Manlius fi-
 lium interemit,Epaminūdas Stefifrontum filium:fa-
 cit.l.diuus.ff.de sica.l.si quis seruo.C.de furtis: ibi ani-
 mus inspicitur non euentus.l.fraudis de regul. iuris
 fraudis(inquit) interpretatio semper in iure ciuili
 non ex euentu dumtaxat, sed ex cōsilio quoque de-
 sideratur.l.verum.¶.sciendum. ff.de minor.l.sed an
 vltro.¶.primo.ff.de nego.gestis consideratur in de-
 lictis puniendis delinquentis dignitas nobilitasque.
 Auger delictum.l.quædā.ff.de pœnis.l.ii.l.omne de-
 lictum.ff.de re milit.c.homo.40.disti.c.sanctitas.50.
 Iuuenalis.

Omne animi vitium tantò conspectius in se

DE P O E N A R V M

Crimen habet, quantò qui peccat maior habetur.

Thucid. libro quinto. Neq; hoc minus vestra refert, qui quo maiores cæteris estis, eo maiori (si labemini) eritis pœnarum magnitudine digni, & c: suo exēplo in dignitate constituti inficiunt populum c. cum quidam de iure iuren. c. præcipuè xi. quæst. iii. sapiē. sexto, exiguo conceditur misericordia: potentes autē potenter patientur tormenta: facit quod ecclesia. x. scribitur, l. presbiteri C. de episco. & cle. l. omnes C. de decurio l. prima C. de cōd. & procura. libro. xi. interdum mitius l. sacrilegi, in princip. & §. primo ff. ad legem Iuliam pecula l. si. ff. de incēd. ruina & c. l. annonam §. pœna autem & c. de iure non torquentur l. desertorem §. primo ff. de re mili. l. milites l. diuo C. de quæst. l. seueram C. de digni. libro xii. Ibi seuera indignatio secundū verū sensum per tormenta à clarissimo submouenda est l. nullus C. ad legem Iuliam maiesta. ibi nobiles non sunt torquendi in scio principe exepto crimine lesæ maiestatis. Credo tamē nobiles in pecuniariis pœnis magis puniri in corporalibus ignobiles l. properādum §. sin autem vtrunque ibi Bart. & cæteri C. de iudi. præterea cum multitudo deliquit mitius agendum est, ne sequatur multorum strages, c. constitueretur, 50. dist. c. ordinationes c. ipsa pietas

pietas c. non potest c. quisquis 23. quæst. iiii. c. quotiens prima quæst. vii. c. sanè de tempo. ordi. seueritas (inquit) exercenda est in peccata paucorum, & si dicatur multis grassantibus opus esse exemplo: parcitur tamen multitudini, non tamen parcitur autorib⁹ facinoris l. quoniam C. de vi publica. l. siue C. de exact. tributorum. Ratio anteaetæ vitæ consideranda est in delictis vindicandis l. omnes, ff. de re milita. l. desertorem §. is qui, eodem: qualitas precedentis vitæ excludit præsumptionem & iudicium alias sufficiens ad torturam per tex. in l. non omnes §. à barbaris ff. de re milita. facit quæ Cicero in orat. pro P. Sylla & c. Omnibus (inquit) in rebus iudices quæ grauiores maiorésque sunt, quid quisque voluerit, cogitauerit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus eius qui arguitur, est ponderandū: neque enim potest quisquam nostrūm subitò fingi: neque cuiusque repente vita mutari, aut natura conuerti: Senes mitius puniuntur l. si quis §. ignoscitur ff. ad Sc. sylleia l. ii. ff. de reg. iuris. Id etiā voluit Plato in legi. Arist. in poli. & mulieres l. quisquis C. ad legem iuli. maiest. l. sacrilegii poenam ff. ad legē iuliā pegula l. si adulterium §. stuprum §. incestum ff. de adul. c. sicut

DE POENARVM

dignum de ho. c. indignantur. 32. quæst. vi. Leonē docuit natura, clementius fœminas quam mares tractare. Plynus libro. viii. Phrynæ meretrix ab Atheniē sibus absoluta cum tunicam ē pectore diduxisset, & si crimen capitale esset, sed quòd mulier & pulchritudine esset insigni, quod Hyperidis oratoris clarissimi oratio, quāquam admirabilis, efficere non potuerat: vt scrip. Quintilia. longo carcere maceratus clementius puniendus: ex. l. omnes. C. de pœnis: carcerē malam mansionem vocat iurisco. in. l. item. §. quæstionis. ff. de iniuriis: aufert libertatem rem inestimabilem: vt dixit text. in. §. fina. insti. quibus ex causis manumitere &c. Carcer genus est seruitutis. l. ii. ff. de libe. ho. exhib. l. Ticio cētum. ff. de cond. & demōstra. nō minorem (dixit Bald) iniuriam facere qui aliquē in carcerē trudit, quàm qui illum interimit: ita in. c. primo. §. denique. Que fuit prima causa benef. admit. Parcitur reo ob merita alias Reipub. collata. l. ii. §. postea. ff. de origine iuris. l. nō oēs. §. si. ff. de re mil. l. prima. ibi ob merita indulgit. ff. de constitu. princip. pepercerūt Romani. M. Horatio qui sororem interfecerat: vt habes apud Liuium. Cicero refert multos à Romanis ob id ipsum absolutos in orationē. C. pisonis lib. veteris Rhetorici. ii. hac deprecatione vtendū esse

esse asserit qua vitur in Miloniana oratiōe & in vlti
 ma actiōe in verrē p L. Flacco lib. ii. de oratore. Fa-
 bius Maximus pepercit Lucano militi: eadem causa
 Darius Sādoco: vt habes apud Herodo. lib. vii. Par-
 citur etiam delinquenti ob maiorū merita Reip. &c.
 patronus accusati maiorum beneficia commemora-
 re debet apud iudices: Marius apud Salustium in lu-
 gurta ad hoc (inquit) alii si deliquere, vetus nobilitas,
 maiorum facta fortia præsidio adfunt: Quintilianus
 libro sexto periclitantem cōmendat dignitas, & stu-
 dia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, &
 merita maiorū. Apus decemuir dum in carcere du-
 ceretur maiorum merita commemorabat, vt pœnā
 deprecaretur vt scrip. Liuius: Cornelius lib. ii. dicit
 Plaucio Laterano extremi supplicii pœnā remissam,
 ob patruī merita. Id verū nisi criminis atrocitas, sce-
 leris immanitas, ad supplicium cogant exigendum.
 Romani non pepercerunt, Sp. Casio (qui ter consul
 fuerat duobus triumphis insignis) M. manlio, qui
 sexdecim annis voluntarius fuerat miles, triginta se-
 ptem militaribus donis à ducibus exercituum orna-
 tus, qui viginti tres cicatrices in pectore haberet, qui
 Gallos ascendentes capitolium deiecisset (è saxo Tar-
 peio ob affectatam tyrannidem precipitati fuerunt)

DE VARIETATE.

non Gracchis, non Saturnio, non Catilina, Druso, pepercunt: seuerius puniuntur immanium criminum rei dicto §. Poena grauior nouis suppliciis tunc iudex potest uti, ut dixit Innocentius in c. primo de costitutio. cuius sententiae se subscribit. caeteri textus in c. felicis §. caeterum de poenis in sexto facit l. si. C. de modo multarum l. constitutiones C. de appella. l. nemo C. de episcopo audien. ibi torqueri possunt immanium facinorum rei etiam diebus paschalibus l. si quis filio §. hi autem ff. de iniusto rupto l. addictos C. de episcopo audien. l. prouinciarum C. de feriis, ibi sententia capitalis executioni mandatur diebus festis: nec furioso parcitur, de quo in l. diuus ff. de officio praesidis. Iason in l. humanitatis C. de impuberum & in l. ex facto ff. de vulg. Hipoliti in l. prima de fidei. Delicta etiam illorum qui imprudenter casu fortuito commissa fuerunt, aut non puniuntur, aut mitius dicta l. respiciendum §. delinquent ff. de poenis l. prima §. diuus ff. de fidei, facit l. absentem §. si. l. metrodorum ff. de poenis. facinora grauiora reputantur quo sunt perniciosioris exempli, & grauiori supplicio vindicanda, l. iiii. §. sed & ex, ff. ad legem Cor. de fidei l. qui abortionis ff. de poenis c. praecipue xi. quaest. iiii. Mitius etiam punitur qui non ex probationibus, sed ex vehementi praesumptio

sumptione, vt interdum fit, damnatur: vt dicunt cōmet. tunc non imponitur vera pœna delicti id intellige vt voluit Panor. in c. accedens de accusa. vt verum sit in præsumptione hominis non præsumptione legis, ex qua damnandus pœna capitali punitur: Ita etiam Mathe. sing. cxvi. alleg. tex. in l. si quis C. de adulte. videas Ias. in l. prima C. de seruis fugitiuis. Propter scandalum interdum punitur, non alias puniendus ex Bald. sententia in l. prima ff. de officio eius cui manda. est iurisdictio l. qui cædem, ff. de fidei, facit c. de his l. dist. c. placuit de consecratione distinctione prima opinioni Bald. non me subscribam ex l. decurionũ C. de pœnis, & glo. &c. de iure canonico etiam in sceleribus vindicandis multa considerantur ex Innocentii sententia: persona delinquentis, qualitas, antea acta vita, semel, ne an pluries deliquerit: libens an coactus, lacessitus, vel non, an scandalo fuerit, casu an factum sit, recens vel antiquum, iniuriæ irrogatę modus, locus, tempus, atrocitas damni dati magnitudo, an cum armis, vel sine armis, præcedentibus insidiis an non, an cum sociis, persona offensi: ea considerant

IVDICES ECCLESIASTICI
fori, vt sacris constitutionibus pœna imposita in

DE POENARVM

nocentes debita puniantur: tum ne rei qui puniuntur de iustitiæ excessu possint conqueri, nec alii qui vident tenuitatem poenæ, vel acerbiter, iuste cõqueri possint. Criminum quædam morte extinguuntur, quædam minimè, quædam bona & personam afficiunt: Totiens bona confiscantur quotiens vita, ciuitas, Libertasve amittitur: aut vbi seruilis conditio irrogatur: legitima tamen filiis reseruetur: non tamen in fraudem adoptantis, ista probantur, in l. prima l. non aliter ff. de bonis dâna. l. si. C. de bonis proscrip. l. nullus ff. ad legem Iul. maiest. l. quisquis C. eodem. dicunt quidam iure nouissimo: quia bona non delinquent, sed personæ, bona debere seruari propinquo ribus: Si damnati vxorem habeant, dotem & donationem propter nuptias, & aliam largitionem propter matrimonium factam, iudices vxoribus reseruant: si verò sine dotibus fuerint coniunctæ, quartam eius substantiæ, siue filios habeant, siue nõ, & c. si verò neminem eorum habeant tunc substantia eorum fisco sociatur: excepto crimine læsæ maiestatis, in quo veteres leges obseruantur §. oportet in auten. de mada. princip. l. si quis C. de bonis damnatorum. In Aquitania bona non confiscantur, sed reseruatur propinquo ribus: quam cõsuetudinem seruat senatus Burdegalen sis,

degalēsis, vt Bened. in. c. Raynuntius: & Boerius p̄-
 fes Burdega. senatus Reul. Præterea iure ciuili crimi-
 na quædam sunt publica, quædam priuata, quædam
 nec priuata nec publica, alia ordinaria, alia extraordi-
 naria, alia priuata & extraordinaria. Alia irrogāt in-
 famiam ex genere delicti: Alia ex sententia: alia ex ge-
 nere pœnæ. Publica dicta sunt ex eo, quod cuilibet
 ex populo plerumq; accusatio detur, & executio in-
 terdum, vt iulia maiestatis, Cornelia de sicca. Venefi-
 cio, falsæ monetę, vi publica, sepulchri violati, termi-
 ni moti: iulia de ambitu, repetundarum interdū, &c.
 Crimē publicū dicitur committere illa, quæ seruo se
 supponit. Is etiā qui Mathematicā artē exercuit, mi-
 litiam deseruit vel pro honore pecuniam dedit: vel
 vt latro itinera frequentata insidiis agresionis obse-
 dit: vel telis barbaros instruxit: vel incognitam ante
 peritiam, arma nauę sive conficiendi & fabricandi ho-
 stes docuerit, Cætera sunt priuata: exceptis crimini-
 bus stellionatus, quæ nec publicis, nec priuatis iudi-
 ciis connumerantur l. respiciendum, ff. de pœnis &
 titulo de crimine stellionatus, ff. Ordinaria crimina
 dicuntur quorum pœna certa est dignitatis ratione
 habita, vel obmissa vt in crimine læsæ maiestatis, in
 quo est omnium æqua conditio: in quibus crimini-

DE PŒNARVM

bus iudex neq; pœnã augere, neq; minuere potest. l. si. C. ne sacrum baptis. ret. Pomponius iuriscôn. ita loquitur, facti quidẽ quæstio in arbitrio est iudicantis: pœnẽ persecutio non eius voluntati reseruat: verum iudex legum seueritatem debet cum aliquo tẽperamento benignitatis subsequi, maximè cũ minor ætas interuenit. Sunt etiã crimina ordinaria publica, vt crimen læsæ maiestatis, crimen adulterii, stupri, veneficii, parricidii, de falsis, de vi publica, de sicariis, in desertores, latrones publicos, & cæteros huiusmodi. Extraordinaria quorũ pœna iudicis arbitrio mandatur, habita dignitatis, & aliorũ multorum ratione: Quibus criminibus legum conditores nõ dixerunt quæ pœna inferri debeat, sed que soleat. l. moris. §. si. ff. de pœnis. §. fin. insti. de iniuriis. Possunt iudices in hisce criminibus sententiam ferre grauiorem vel leuiorẽ, dũ modo grauiorem nõ excedant: l. hodie. ff. de pœnis. Et inter extraordinaria, quædam dicuntur publica vt Iuliæ repetundarũ, termini mortis, Iuliæ de sacrilegis, viscelliarũ de libertinis, Iuliæ de annona famiæ de plagiatis: iis tamen exceptis, qui miserandas animas filiorũ è corpore pellunt, infligũtq; parentibus orbitatem: quibus Constantinus certam pœnam statuit. l. si. C. de plag. l. fin. ff. eodem. Priuata crimi-

crimina & ordinaria sunt famosi libelli, seditionis interdum, illiciti collegii, suppositi partus: crimina quædam indigent accusatore, quædam non. Quidam accusare prohibentur propter ætatem: ut pupillus: sexum, ut mulier, quæ non accusat nisi in certis criminibus, in quibus permittitur accusare, etiam non exacta subscriptione, l. certis. l. qui accusare. ff. de accusa. l. si. §. si. ff. ad leg. iuliam de anno. l. lege. l. de crimine. C. qui accusa. non possunt. Quidam prohibentur accusare propter sacramentum: ut milites.

Quidam propter autoritatem publicam: ut magistratus, l. nec magistratus. ff. de iniuriis. Quidam propter delictum: ut infames. l. criminis. C. qui accusa. non possunt. Quidam propter turpem quæstum: ut qui pecuniam ob accusandum vel nõ accusandum acceperunt: vel quando sunt eiusdem criminis participes, l. eisdem. §. secundo ff. ad legem Iuliam repe.

Q V I D A M propter suam conditionem: ut filius libertus pari vel maiori crimine accusati. l. is qui. ff. de publi. iudi. Alii propter calumniæ suspicionem: Alii ppter paupertatē, ut qui min⁹ quinquaginta aureis in bonis habēt. Extat iuris reg. eos qui iure prohibētur accusare, posse tñ suā, suorūq; iniuriā psequi:

DE POENARVM

Iudex tamen eligere magis idoneum potest habita ratione dignitatis accusatoris, & eius quòd interest. Sūt tamen quædam, in quorum delatione personarum delectus non habetur: vt in crimine læsæ maiestatis hæresis, falsæ monetæ: in quibus & similibus sola fama sufficit ad inquirendum: Solent enim crimina: vt plurimum, nunciari per ministros publicos l. ea quidem C. eodem. In curiis Fraciæ nullus nisi procurator regius, accusat. Priuatis hominibus iniuriam sibi factam ciuilitè persequi licet & suæ iniuriæ libera est æstimatio, illius non est publicam vindictam petere animaduersionemve nisi ad honorariam poenæ irrogationem: loquor ego de cognitore regio qui in supremis curiis hac tanta dignitate fungitur qui duos habet causidicos quorum aduocatione & consilio utitur, cæteri qui in prouinciis siue prouinciolis vt Budeus loquitur in pandectis cognitores regii dici non debent sed subcognitores, fiscales non causidici sed subcausidici procurator regius nullo instigante, seu postulante accusat, nisi in atrocioribus criminibus: extat edictum regis Henrici id ordi. Accusationes criminũ extinguuntur viginti annorũ spacio. Accusatio iniuriæ anno extinguitur l. quarela C. de falsis l. si non conuicti, C. eodem. Sunt & quædã alia
crimina

crimina in quibus accusatio breviori tempore extingitur, quàm viginti annorum cursu, videlicet quinquennio l. peculatus ff. de crimine pecula l. in cognitione ff. ab silleia. l. mariti §. præterea ff. de adul. At tamen in crimine parricidii, partus suppositi, cõcussio- nis, accusatio est perpetua l. si. ff. de parricid. l. qui falsam ff. de falsis. l. prima, ff. de concuss. Accusationes olim fiebant solenniter, nomine accusantis, & accusati in actis publicis, & die accusationis scripto accusator sese submittebat pœnæ talionis. Scribebatur dies, locus, tempus delicti commissi. Accusator promittebat, iurabatq; se executurum accusationem dato fideiussore de lite exercenda, prosequendaq; : Alioquin inopia idonei fideiussoris, vterq; accusator, & accusatus in custodiam mittebatur, donec de crimine iudicaretur: vt si reus absolueretur, accusator talionis pœna vel certè alia plecteretur. Incidisse dicebatur in S. C. Turpilianum qui crimen publici iudicii cū detulisset inscrip. 69. depositis & fideiussore de exercenda lite præstato non impetrata abolitione, ab accusatiõe criminis destitisset l. is demum C. ad S. C. Turpil. pœna istius erat multa quinq; librarum auti cum infamia & pœna quam reus passurus fuit l. ab imperatore eodem, ff. de pœna. Mitius puniebantur qui

& non

DE POENARVM

non crimina publici iudicii sed priuati detulisset l. si quis eodem ff. id inductū ob temerarios accusatores, mendacesq; quorum temeritas variis pœnis vindicatur: nam aut calumniantur aut tergiuersantur aut præuaticantur, calumniari est falsa crimina sinister intendere, vt in l. prima ff. eod. præuaticari vera crimina abscondere, tergiuersari & omnino ab accusatiōne desistere. Athenis accusator, nisi quintam partem suffragiorū retulisset, mille drachmas multæ nomine soluebat: interficiebatur vero, qui impietatis reū factū non cōuinceret: Alexander sardus lib. ii. de mori. & ritibus gentium. Multi tamen excusantur à pœna talionis l. si cui, ff. eodē l. ii. ff. de custo. reorū l. si. ff. de accusa. l. eos qui §. super his, ff. ad S. C. Turpil. l. prima l. mater C. de iura. calum. Cauendum est iudicantibus ne damnent, quem non audierūt: hoc enim barbarorum est, & tyrannorū. Menander quamuis sira bus id tamen fugiendum vidit ille græce nos latine, *Innexamatum ne punias vllum*: est & l. innaudatum C. de sica. l. absentem, ff. de pœnis: ideo de peccato constare debet: Nec sufficit sola confessio l. prima §. si autem, ff. ad silleia: veterum fertur sententia ad hunc modū, *Ne Iudex fueris ni partes audieris ambas.* Iudex aduersus incorrigibiles debet esse seuerus, &

inexora

enexorabilis, c. primo de postula. præla. Erga alios debet esse clemens in corrigendo c. licet xlv. distin. Omnino debet iudex amplecti consilium Martiani iuriconsulti in lege respiciendum, ff. de pœnis: respiciendum est (inquit) iudicanti ne quid durius aut remissius constituitur, quàm causa deposcit: nec enim seueritatis, aut clementiæ gratia affectanda est, sed propenso iudicio pro ut quæq; res postulat statuendum est: ira cum in omnibus, tum maxime in puniendo, & vindicandis criminibus est temperanda: imo (vt quidam volunt) penitus tollenda: quòd ira concitatus medium seruare non possit. Iudex ergo de aliquo supplicium sumpturus legi quàm similitimum, si præstet quæ æquitate seipsam temperauit: iracundia ligata, ne si soluatur, animaduersio non possit carere contumelia: vnde sapientiæ duodecimo: *Tu dominator virtutis omnia cum tranquillitate iudices: Quare Athenodori philosophi documenta sequenda, qui referente Plutarch. in vitis, ita Cæsarem augustum instruxit: Cum te inquit, Cæsar, ira ceperit, nil dicas aut facias, quam ipsa quatuor & viginti elementa grecarum L I T E R A R V M* percurreris memoriâque recensueris: vt sic illa concitatio quæ momē-

D E P O E N A R V M

momentosa est, mente alio traducta, parui temporis spacio emollicta, elanguescat. Ad quam animi præcipationem deuirandam, prætorum Romanorū virgæ securibus alligatæ præferebantur: quod designabat non oportere magistratus iracundiam promptâ & dissolutam esse: nam cum virgæ à securibus soluantur, frangitur ira tarditate & mora. Alii tamen aliter interpretantur, vt videlicet medicabile scelus corrigeretur virgis, quod autem emendari non possit, securi abscinderetur. Sed placet prior expositio, iuxta quam Veneti ensẽm vagina tectum pone principem gestari instituerunt: Cæteri verò principes nudũ ferri iubent, signum præcipitis vltionis: scrip. Egnatius libro secundo de exemplis virorum illustriũ: Venet⁹ tamen qui nimium suis detulit huc facit quod P. Mimus. *Ad pœnitentiam properat qui cito iudicat: ira in sinu stulti requiescit,* (inquit Ecclesiast. c. vii. *Ira iustitiã non operatur:* c. episcopus in fine xi. quæst. iiii. Valeri⁹; *qui impetu iræ abstractus scuire festinat, magis admittit scelus, quàm vindicat.* Honestum & rectum ab inhonesto, & iniquo ira perturbatus discernere nequit: vt dicebat Tucidides. Architas cum seruos domi delinquentes comperisset, nullo affecit supplicio: Sed tãtis per abiens dum eius ira sedaretur, *valet* (inquit)

quia

quia vobis irascor. Deus se magistratibus exēplar constituit, quo maximè homo fruitur, si eius opera imitatur, qui scrutandis hominum sceleribus prudentissimus: ac in iis puniendis vindictam suspendit, vt tēpore mutent vitam eósq; vitiorum peniteat: memor sum eorum quæ de ira Iudicum scrip. c. primo. Perpendamus apud nos quot, & quantę olim in hominum vita moribúsq; accederint mutationes, multos à flagitiis ad frugaliorem, modestiorémq; vitam cōuersos inueniemus: Deus enim paucos puniēdo multos corrigit: tardius autem animaduertendo, hortatur, monet, prēmīt. Plato dicit Iudicis officium esse, vt fidelem medicum imitetur: nam vt hic nō abscondit nisi putria membra, aut quæ corpori nocent: sic ille corrupta Reipub. membra, perditos nimirum, & scelerosos homines tollere debet: ne eorum contagiosa tabe Resp. fundit⁹ intereat: Cōnutritum siquidem malum perniciem exitiúmque infert. Iudex ergo ne qua ex parte reprehēdi possit in arbitrariis pœnis vti solitis debet: atq; ad eò ne aliis vtatur vetitum est l. iii. §. item, ff. de furi. Balnea, l. prima, ff. de abigcis. l. vnica C. de emenda. seruorū, Accurs. in l. quid ergo §. pœna ff. de his qui notantur infamia. Discrimina sunt pœnarum: neq; enim omnes eadē pœna affici

& iii debent

DE PŒNARVM

debēt l. moris §. fi. ff. de pœnis si plures pœnæ in reos statuuntur iudicis est electio, non rei aut accusatoris: glo. in l. prima, ff. de effract. Cyprianus in iudices cru- deles libro episto. secundo his verbis inuehitur Mihi inquit, videtur ad hominis corpus vnum plura in- uenta supplicia, quàm sint in ipso membra. Itē alibi suadet Demetriadi principi, vt sit contentus simplici ac veloci breuitate pœnarum: Admones (inquit) la- niandis corporibus longa tormenta, multiplicas vis- ceribus lacerandis numerosa supplicia: neq; feritas, atq; immanitas tua vsitatis est contenta tormentis: excogitat nouas pœnas ingeniosa crudelitas: quę hæc infatiabilis carnificinæ rabies & inexplebilis libido &c. diui Hieronimus & Augustinus prohibent ma- gistratibus vti exquisitis tormētis. Salustius dixit cru- delibus pœnis, & frequentibus suppliciis ciuitates va- stari, nō corrigi. Linius scrip. crudele supplicium Metii suffetii displicuisse Romanis: & eam ob rem cædem Romuli maturatam. Esdras propheta lib. iiii. c. viii. di- cit crimina punienda esse pro modo culpę, cui⁹ sen- tentiã author quidã incertus his versi. complexus est

Qui leue mortifero delictum verberare punit

Et ferrum in venis clausum habet & colubrum

Horatius satyra tertia

Regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas.

Nec scutica dignum horribili insectere flagello.

Idipsum lege duodecim tabularum cuius meminit Cicero tertio de legibus iuebatur: *Noxæ par pœna esto.* Hoc est pro sui quisq; sceleris exigētia plectatur. Iseus dicebat oportere leges acriter statui: mitius autem quàm ipsæ iubeant pœnas sumere, is enim morosum atq; difficilē populū efficere solet qui gubernacula Reip. tenens nimium in omni re se, & vehementer seuerū & inexorabilē exhibet, nemini quicquā vnquā cōdonās, cedēs aut parcens. Ac quā primū iudex rei innocentiam rescivit, debet eū à carcere liberū abire sinere l. i. l. ii. l. fi. C. de custod. reorū: Tiberius imperator, is qui lutū sanguine maceratū nuncupat⁹ est, multos longo tēpore carcere detentos exiguo cibo victitare cōpellebat: inter eos cū quidā literis rogasset, vt sibi morte hos angores deuitare liceret, rescripsit Tibe. se nondū cū eo in gratiā rediuisse. Antiquorū tamē romanorū lege re⁹ absoluebatur quoad fieri poterat, citissimè: Tātisper dū Glaucia legē tulit, qua reos cōperēdinari liceret: legis mentionē facit Cicero in prætura vrbana. Imperatores Gratian⁹ & Valētinian⁹ iusserunt de sceleribus conuictos cito puniri l. fi. C. de custo. reorum, ne iusta ira in sceleratos concepta forensi artificio comperendinata, refrigescat.

& iiii Solent

DE POENARVM

Solent rei impunitatem miris technis quæritare, gratia principum, potentum suffragiis, cautelis, & versutia forensi: ac iudices ipsi, quamquã de causã liqueat, iubent tamen vt iterum atq; iterum quæratur, reos interim à carcere liberant datis (vt nunc loquimur) cautionibus, hacq; via efficiunt, vt rei diu miserè metu continuo concussi langueant: vel si certũ mortis videant impendere periculũ, exemplo eos publico subducunt: antea tamen reo omnibus facultatib⁹ exhausto.

ARGVMENTVM.

Regum & magistratuum officium, præcipuaq; meta Rempubl. gubernantibus, & scopus in quem eos intendere decet: quorum, vt ignorantia corruptorum iudiciorum, sic legum peritia experientiaq; rerum integrorum scatebra est magistratuum, ignorantia quàm perniciofa sit Reipubl. Vita hominis nõ est temerè adimèda. Homo Dei signaculum. Neronis laus Liuiæ memorabile consilium, in delatores quadruplatores multa, vitam qui in melius cõmutarint, indemnatus nullus est morte afficiendus.



RE G I B V S, ac iudicibus, omnib⁹sq; Rempublicam gubernantibus præcipua meta est, & scopus, in quem intèdere decet, vt omnes honestè viuant:

nemo

nemo cuiquam noceat: ac si forte, vt nocuerit, contingat, reddat, quo ad eius fieri potest, quantum detrimenti intulerit: Paucis omnia sic cōstituire, & administrare decet, vt hæc nostra respublica ad cœlestem (quātum hominibus datum est) proximè accedat: quod maximè duabus rebus consequentur: si præmia bonis, malis autem supplicia ex legum præscripto, aut æquo & bono rependat: rependere verò cuiquam pro merito, probósq; honore ad virtutem allicere, & fouere allectos, improbósq; metu terrere, & à sceleribus pœna propellere, quis nã poterit nisi legū, iurisq; peritus: Quare necessum est vt qui administrandi boni publici prouinciæ præfuturi sunt, lōgo studio, vsu, & experientia legis caleāt: Et ex ipsarū functionibus norint lepram (vt Hieronimi vtar verbo) à lepra secernere: & non solum ipsi bonum eligere, & reprobare malum, sed illud ipsum alios integræ vitæ exemplo docere, & authoritate iubere: Cū enim populus sese componat ad principum mores, tum demum præclarè respub. regetur, cum rex philosophia oblectabitur, aut reip. præerunt philosophi: cumq; reges, & qui regis vicēs obeunt iudices, virtutum suorum splendore populo prælucebunt: & ad sui imitationem ciues non modo prouocabunt, sed

A a vt alter

DE POENARVM

vt alter Gallicus Hercules protrahet: Sunt enim ipsi leges animatae loquentes, participes rationis, & quae maximam vim habent (diuo Hieronimo teste ad Paulinum) orationis. Quod si refractarium populum suo nequiverint exemplo intra virtutis limites continere tum legum seueritate cogent, & in ordinem compellent: proinde sapienter (vt omnia) David. *Erudimini* (inquit) *Qui iudicatis terram.* Quid enim ridiculum magis in repub. quam ciues, inquam ex caeci (vt in pro uerbio est) praeeptione pendere: quam caecum caecis genere excultis, suumque Mineruae precipere, quam ciues, inquam, ab eo pendere. qui ipse ex aliorum ore pendeat, quique nihil quicquam recte iudicare possit, nisi quis ei quid iudicare debeat, voce praerit: Attamen in tribunali turgescunt hi graculi Aesopici, atque illinc dispiciunt omnes, qui (si modo verum est illud Terentianum. *Homine indocto nihil quicquam iniustius*) nihil profus agere queant, quod non ipsis dedecori, reip. dispendio vertatur, & pniciei: nisi non vera est producta annorum serie inueterata sententia. *Qui puero gladium committit & puero ipsi & alijs nocet.* Iure Plato in philep. iudices ignaros dicit monstra pestilentissima, vt pote qui nulla recta opinione, nulla legis autoritate, sed suis tantum affectionibus agantur. Quid, inquit, in

Heaut

Heaut. Teren. cū illis agas, q neq; ius neq; bonū atq;
 equū sciūt meli⁹, pei⁹, pfit, obfit, nihil vidēt, nisi quod
 lubet. Sapiēter itaq; Philonides Milesi⁹ philo. admo-
 nuit ne illiteratis iudicādi puincia cōmittatur, *Nun-*
quā, inqt, *Iudiciū facere imperitos permites: quòd impe-*
riti culpa eueniat, quod est apud Iuuenalem

Dat veniam coruis, vexat censura columbas.

Nā quibus retinaculis naturā in auaritiē propensam
 cohibebit ignarus, cū doctīssimi tantum nō corrū-
 pantur: Hi quidē caperata frōte, vultu, gestu, oculo-
 rum toruitate, & misera purpura se graues, seuerósq;
 viros ostentabunt: sed veluti Veneris in puellam cō-
 uersa felis in murē à se visum nouatæ oblita naturæ
 irruit: aut purpurata simia in oblatas nuces: haud ali-
 ter inscīi in pecunias ingruunt. Annexa est horū igna-
 rorū, dorodochôn insatiabili cupiditati (quē admo-
 dū ad Euagriū scribit Hiero.) cōfidētia, ex qua ema-
 nat temerariū iudiciū, vnde in tantū extumescunt,
 ac superbiūt vt præ se oēs ne pili quidē faciār: soli vi-
 deri, soli audiri volūt: nihil iustū, nihil bonū, nihil fan-
 nū nisi à se pfectū existimant: quod semel in animū
 induxerint, p̄tinacissimè defendūt, seu vtile sit reī sive
 damnosum: quorum temeritas in facultatum, o-
 pum & diuitiarum iactura vtcunq; tolerari posse

Aa ii videretur

DE POENARVM

videretur in re criminali, quando de vita aut honore agitur: quo animo vel Socrates ipse eorum perpetretur audaciam: qui manum cuilibet porrigenti dēt iudices ignari doniuori: Non est profectò, non est hominì viux Dei imagini vita, qua ei nihil dulcius quicquam neq; charius est remerè adimenda. Quid enim aliud homo est, si Pythag. & Platoni credimus, quàm diuina mens terrenis inclusa vinculis: Ego, inquit propheta, dixi dii estis & filii excelsi omnes: hominibus itaq; vt Dei filiis omnia subiecta sunt, quæ in aere, aqua, terra degunt vt canit Dauid, psal. viii. Mercurius Trimegistus dixit hominem miraculum magnum, quem manus Dei fecerunt plasmauerunt, opus dei consummatissimum: hūc tanto amore, seu potius charitate profecutus est Op. maximus ille rerum omnium creator & conseruator Deus, vt quo homini perditò, & æternis suppliciis addiçto consuleret, vnicum suum filium Iesum Christum à coelis: in hoc calamitatum pelagus demiserit, qui suo sanguine, & vita hominem redimeret, assereret, sibi redderet & in viam vnde aberarrat, reduceret. ô admiranda seu potius stupenda Dei bonitas, & erga hominem misericordia, qui vt hominem à se profugum seruaret, proprio filio non pepercit & hodie (proh dolor)

dolor) inueniuntur nescio qui scioli, leonibus & tygridibus turculentiores, quibus lusus, & iocus (quæ admodum olim Herodi & Elaminio, qui ad arbitrium muliercularum, quarum amore detinebantur reos confecerunt) quibus inquam lusus, & iocus est hominem Dei annulum, signaculũ & carasma, morte condemnare. Quãto melius Nero Imperator (de quo Traianus dicere solebat multũ distare cæteros principes à primo eius imperii quinquennio) S. C. ex more, quando vir senator vltima pœna dabatur subscripturus: ô vtinam inquit, nescissem literas. Theodosius Imperator huius nominis secundus interrogatus quare nõ animaduerteteret in eos, à quibus lædebatur, respõdit: ô vtinam qui mortui sunt, possem in vitam reuocare: dicēs canem viuũ præstare leoni mortuo Pittacus Mitilæneus vnus è septē Græciæ sapientibus dicebat condonationem quam pœnam meliorem: Itaq; cũ ad eum protractus esset, qui Thyreum ipsius filium in constrina sedentē securi occidisset, liberũ & indemnem abire iussit. Alphõsus rex Arag. & vtriusq; Sicilię cũ argueretur aliquando quòd nimis mitis esset & lenis etiam iis qui in ipsam delinquissent, eisq; ignosceret, respõdit Ma lo multos mea clementia & mansuetudine seruare,

DE POENARVM

quàm paucos mea feueritate perdere: malos beneuolentia & clementia interdum citius quam feueritate in viam virtutis reuocari posse: Qui, inquit, nimis lenem & mansuetum principem quererentur expectandum iis esse vt vrsi ac leones quandoque regnarent, hominis sanè maximè principis clementiam esse, beluarum autem feritatem. Non est hoc loco silentio transeundum Liuiæ Augusti vxoris vt salubre, ita & memorabile consilium. Augustus ira in quosdam peruersos inflammatus maximèque in eos, qui sibi insidias collocassent, & præcæteris in Cneum Cornelium Pompeii magni ex filia nepotem apud se decreuerat de iis extremum sumere supplicium: sed occurrebat, iis è vita sublati alios aduersum insurrecturos: Proinde non futurum quàm antea securiorem: hæc sollicitudo, & cura ita hominis animum præmebat, vt anxius dies atq; noctes totas duceret insomnâs, nec vnquâ se placidè quieti dederet: quod Liuia animaduertès scicitatur ecquis eum scrupulus malè haberet: rem penitus postquam à marito percepit, mutanda est, inquit, mi vir sententia & nonnullis cōdonandum: quòd longe plures humanitate, & beneuolentia quàm scæuitia, & crudelitate corrigantur: insuper qui venia indulgent,

non

non solum diliguntur ab iis quibus se faciles , & misericordes præstiterunt, sic vt illi euitantur gratiæ debitæ retaliare , sed & ab omnibus aliis suspiciuntur , coluntur , amantur , è contrario homines iracundi & peruicaces non solum exosi sunt iis , à quibus malè metuuntur , verùm & cæteris omnibus. His subdit: cernis ne medicos raro vrere, ac secare veritos , ne morbi ingrauescant , sed læuibus medicamentis ad sanitatem progredi : neq; veró existimes hos corporis morbos nihil cum animis nostris (licet incorporei sint) habere affinitatis : nam metu corpus contrahitur , ira intumet , gaudio exporrigitur ita vt corpus & animus non multum inter se differant , ideo egent consimili medicina : Neque tamen eo tendo vt velim perditis , & iniquis vniuersim parcas , cùm temerarii scelerosi , omninóque ii , quorum vita omni vitiorum , & scelerum generi addita est , atque eo adducta , vt corrigi nequeat , de medio tollendi sunt , haut aliter atque eæ à corpore partes abscindendæ sunt , quæ nullo remedio sanari queunt : sed qui propter adolescentiam , imprudentiam , fortuito ve casu , ignorantiam aut aliam casum nolentes , aut inuiti peccauerunt , admonendi sunt , & minis tantum coercendi : & si

DE PŒNARVM

tandem necessario puniendum est, tum in suppliciis adhibeatur moderatio; Sunt enim aliis alii pœna digni maiore: hæc cum ita se habeant, alios exilio alios infamia multare potes: Præterea, Auguste, nõ solum nihil per iniuriam te facere decet, sed insuper adhibenda est diligentia, ne facere videare: nam priuatis hominibus, si nihil offenderint, satis est: at principis est ne in suspicionem quidem venire: imperium tibi in homines, non in beluas est: neq; alia via omnium tibi animos facilius & proutius deuinxeris, quam si nemini cuiquam neq; volens, neq; inuitus noceas: Si quis enim omnia flagitia ad iustas, & legitimas pœnas exigat, is profectò magnam hominum partem breui temporis curriculo sustulerit. Qua vxoris oratione permotus imperator reos verbis admonitos dimisit ac postea secum Cornelium cõsulem designauit: reliquorumq; beneuolentiam ita sibi cõciliauit, vt nullus ei insidias non modò non faceret sed ne facere videretur: author Dion. Cumq; idem Octavius magnam fidem aliquando delatoribus habuisset, mutato consilio nihil iis postea credidit, multosq; substulit, inter quos Syleum quod falsis delationibus effecisset Herodem Iudææ regem sibi inimicũ: vt scrip. Iosèp. lib. xvi. antiq. Octaviũ secuti sunt multi principes,

cipès, nam Vaspasianus, & Titus Imperatores delatores flagris cæfos per amphitheatri arenâ, vt ab omnibus viderentur, relegarunt: Domitianus Imperator princeps in multis malus, delatores puniebat: vox ei⁹ audita fuit delatores qui non castigat irritat: Traian⁹ dicebat non audiendos, quamquã fiscus delationib⁹ ditaretur: fiscum siquidẽ licni similem putabat, quo crescente cætera membra tabescunt. Anthoninus Pi⁹ delatores, qui non probassent capitali pœna affecit: eosq; , qui probassent non solum nullo prosecut⁹ est præmio, sed infamia notauit. Quadruplatorumq; delatorum præmia sustulit: vt tradidit Capitolinus. Macrinus, teste Herodiano, Alexander, Seuerus, & Gorgianus iunior conquisitos summo studio delatores extremo affecerunt supplicio. Aman falsus delator laqueo suffocatus est, vt scri. in lib. Hester, falsi delatores interfecti sunt Danielis xiii. ob hanc causam Iohannatas Iudæus falsus delator sententia Vaspasiani pri⁹ cæsus viuus combustus est: vt scrip. Iosep. libro belli iudaici vii. Capitali pœna tenentur, qui principẽ falso crimine delato aduersus innocentem commouet, l. nostris C. de calum. in theodo. quæ lex habetur in C. Iustiniani, sed manca: per eam siquidem falsi delatores plectuntur tantum infamia, & deportatione, c.

DE POENARVM

infames vii. quæst. prima c. sicut dignū de homicid. volunt crimen esse capitale falsa, aut calumniosa delatione principem aduersus innocentem commouere. Id facit in nescio quos decuplatores quadruplatores & cæteros eius generis homines (si homines nūcupandi sunt, ac non potius feræ turculentissimæ quæ ex aliena calamitate suas ampliant facultates: quorū opulentia, & facultates alterius est inopia, exiliū aut mors: hi discursitant querentes leonum more quem deuorant fumi venditores malis artibus imbuti, fallaces, mendaces, insidiosi affabiliter quemlibet alloquuntur, seduloq; auribus arrectis obseruant quid quis effutiuerit, vt tandem calumniæ locum comperiant mortemq; prius, quàm animaduertantur, inferant. Quid multis: nullū genus hominū est perniciosius & execrabilius, vt pote à quibus innocentium tormenta, exilia, exitia: vrbiū euerfiones, & regionū excidia oriatur, quare bonus princeps beluas istas domesticas procul arcebit, eorūq; audaciam grauib; pœnis coercebit nil etiam tam inhumanum quàm eloquentiam à natura datam arte confirmat ad bonorū perniciem conuertere falsos accusatores delatores testes poscit supplicii similitudo l. accusatoris C. de accusa. Ludouicus rex Gallorū duodecimus huius nominis

minis M. Cicero. dicto quo Cæsarem laudauerat, delectabatur, nullã de virtutibus eius plurimis nec gratiorem esse nec admirabiliorem misericordia: homines ad deos nulla re proprius accedere quam salutẽ hominibus dando: nec fortunam regiam maius habere, quã vt velit conseruare quamplurimos, atq; Cicer. verba Francisco genero frequẽter inculcabat: cuius hortatu Frãcisus qui ei successit facile omnes principes nostri seculi humanitate clementia, & pietate superauit: Ac si quisquam ali^o, hic profecto illud Senecæ norat,

Quem penitet peccasse penè inndcens

Item & illud Ouid. primo de ponto

Sepe leuant pœnas, ereptaq; lumina reddunt

Cum bene peccati penituisse vident, Nec nõ & illud

Conueniens homini est hominem seruare Voluptas,

Et melius nulla queritur arte fauor. Necnon & illud

Et Paul. virtutũ summa charitas est: ea autẽ in eo sita

est, vt de quãplurimis quã optimẽ mereamur, atq;

Greg. nanzi, inquit fias erumnoſo Deus, miam dci

imitãdo Adagiũ. *Homo homini deus: nil habet homo*

æquẽ diuinũ ac beneficiã (quãquã apud Christianos

Dei appellatio non est vlli mortalium vel per

iocum communicanda, neque omnino tã insignis

DE VARIETATE.

rámq; foeda adulatio est in mores nostros recipiēda) legerat rex christianissimus Themistoclem in adolescētia adeo lasciuus nefarius & deploratis fuisse moribus, vt eum pater exhæredârit, mater videns quotidiana eius scelera in desperationē adducta, laqueo vitā finierit: sed postquam ad maturiores annos peruenit, dux Atheniensibus creatus res gessit inclitas: Xercem enim apud Salaminem nauali prælio vicit: Ad hæc Diogenem philosophum corruptissimis fuisse in adolescentia moribus: nam præter cætera monetam adulterasse & à carcere patre in eo relicto, fugisse dictus est. Ad demum ad philosophā animum apulisse, & in virtutum exemplar euasisse: cui cum quidam obiiceret, quæ adoloscens patrarat, iuuentutis ætatis obtentu se defendit, dicens, tunc celerius reddebam loriū, nunc non item: ciuica circuitione notās iuuenilem ætatem, quæ facilius reddit humorem vesicæ, cum senib⁹ molesta sit dissuria. Alteri id ipsum obiicienti fateor inquit, fuisse tempus, quo talis erā, qualis tu es: qualis autem ego nunc sum, tu nunquam futurus es. Notans eos, qui iuuentutis errores in aliis reprehendunt cum nec ipsi in senectā suos corrigunt. Multi inquit Cicero pro M. Cælio & nostra memoria, & patrum nostrorum summi & clarissimi ciues fuerunt

fuerunt, quorum cū adolescentiæ cupiditates defebuissent, eximiae virtutes firmata iam ætate extiterūt. Quidā scribunt Africanum maiorem adolescentem fuisse dissolutum sed posteaquam annum vigesimum egressus est virtutem omnes suos numeros in eo ostēdisse: vt vindicata patris ac patruī cede qui insidiis Asdrubalis oppressi fuerāt, qui fulmina belli dicti fuere in Hispania & ipsum Annibalem: vicit Syphacem regem potentissimum cepit, Anthiocum regem & ipsos Cartaginenses tributarios fecit. C. Valerium, Q. Fabium Alobrogicum, & alium Fabiū (cui Gruges agnomen fuit) prudēs breuitatis causa prætereob. Dignū igitur est principi & supremæ curiæ senatoribus, quorum concio rectè nominatur. Rex bene consultus, vt quantum non iustitia (cuius limitibus inferiores magistratus sepiuntur) sed æquitas permittere potest, tantum misericordiæ velim extendant. In qua re, vt in omnibus quæ præsidem decet, Io. Mansencallus præsidum antistes mihi videtur admirandus: Quare quod non solum Tolosatium sed omnium ore primus prædicatur, quamquam plurimis, & clarissimis virtutibus excellat, vt qui sit sapiētum iurisprudētissimus, & iurisperitorū sapientissimus nihil tamen meo iudicio illud ei nomen peperit quā san-

DE POENARVM

Etissima æquitatis & clementiæ obseruatio. Nec me
Hercule omnium flagitiorum poenę sunt exigendę,
cum qui facere vellet idem hydræ renacentia capita
abscindere conaretur. Sed rarissima quantum fieri
potest debent esse supplicia: quia (vt inquit Plato) ex
vnius scelerati supplicio renascuntur continuo plu-
res scelerati, qui in eodem genere peccant: Crebriusq;
commiti videmus, que crebrius puniuntur. Erit tamē
princeps eo vsq; humanus, & clemēs vt nemini sua
clementia noceat, neminem sua facilitate ad peccan-
dum prouocet: Populum autem in officio retineat
facili seueritate, & facilitate seuera: Sit mitis & clemēs
in eos, à quibus offensus est: eos autē puniat, qui aliis
iniuriam intulerunt. Seneca Neronem ad misericor-
diam exhortans asserit suppliciis raris facile mores in
honestate conseruari propterea quod peccandi faciat
consuetudinem multitudo peccantium vt tam sce-
leratum non putetur, quod committitur à pluribus,
addit plures pater tuus vno quinquēnio culeo insuit
quam omnibus sæculis insutos legamus: reprehende-
bat Seneca quod frequenti iteratorum suppliciorum
exemplo ad scelera inuitare videretur. Imitentur
itaq; iudices patrem familias, qui liberos nonnunquā
blandē, nonnunquam minaciter excipiunt, interdū
etiam

etiam verberibus plectunt: Sicq; omnia faciant principes, & eorum vicari iudices vt meminerint se hominibus præsidere: neq; ex ipsorum animi sententiâ, sed æquo & bono decernere posse: eamq; potestatem non æternam sed temporaneam esse: Nã futurum est (vt tradit Plato) vti tãdẽ corã Deo, quẽ nihil fugere potest, rationẽ reddãt: hoc Bias secũ perpendẽs cũ quẽpiam esset iudicaturus ad mortẽ lacrimabatur: interrogat⁹ quare fleret cũ absoluerẽ posset. Respondit, se facere non posse quin naturæ condoloret, neque etiã quin legibus suffragaretur: cuius sententiam Ouid. de Ponto imitatus videtur.

Sit piger ad pœnas princeps, ad præmia Velox

Quique dolet quoties cogitur esse ferox.

Idcirco caueant principes ne quem indicta causa conficiant: alioqui inter tyrannos (vt inquit Apollonius Thianus apud Philost. lib. viii. numerabuntur, vtriusq; scelus immanẽ, aut propter falsam causam & suppositiciã cõdẽnent: vtriusq; scelus immane, sed horũ, quã illorũ immani⁹: quod dolus quã crudelitas odio dignus sit maiori: Si quis nãq; furore quodam percitus leonis more alterum confecerit, interempti innocentia cognoscitur: Si vero legem prætexerit nomine legis abutens sic enim interficien-

DE POENARVM

do: iuste occisum populus existimabit miseris multitudinis misericordiam auferens, quam velut exequias præbere decet his qui iniuste fuerunt intercepti: Paucis) vt inquit Cicero, sententia sine cõsilio, damnatio sine defensione immanis est barbaries. Quantoq; in honore leges habendæ sunt iudicauit. Ludouicus Frãcorum rex xii. qui supprectum Aurelianum quo familiariter priuatus vsus erat, sæpeq; fordium reum liberauerat: cū in eo essent omnia ad perniciem profligata, damnari passus est, id adiiciēs, pro amico priuatus contendit, regnum cum sim adeptus, leges mihi tuendæ: Digna magnanimo & iusto principe sententia: his enim demum regis nomine dignus est, qui leges tuetur. Quamobrem enitantur iudices, vt innocentem non solum non opprimant, sed ne noceant quidem: Nam qui innocenti nocet seipsum vulnerat. l. penult. ff. ad legem iuliam repet. Iudex (inquit Plato) cuius sententia innocens perit longè reo infœlicior est. Iudex in fontem, nõ occidet, & impium seruabit: Quia Deus auersatur impium. Deuth. xviii. Maledictus, qui accepit munera vt percutiat innocentē: & dicit omnis populus amen. Nec gloriabitur in morte cuiusquam: quia homicida est qui gloriatur in morte xxiii. quest. v. & vt insons nõ
est

est condemnandus sic nec nocens absolendus: nam
qui iustificat impium & qui condemnat iu-
stum vterque impius apud Deum Exo.
xxiii. David psal. xvii. si male inquit
Philonides, iudicaueris, te Deus
iudicabit: qua namq; men-
sura quis mensus fuerit
eadem & reme-
tietur.

F I N I S.

Cc

Ad

AD ANTONIVM DVMAS

Vtriusque iuris doctorem. Io. Fournouij

Lugdunæi iuris studiosi.

Decastichon

Quicquid de pœnis statuit sincera Vetustas.

Hic liber hoc parua continet historia.

Quo legum magno studiosos fasce leuasti,

Si sano pendant omnia iudicio.

Harum te cupidi celebrent, cœtusque Mineruæ,

Et lauro frontem circinet exigua.

Quis vltro præbes munuscula parua fatemur,

Magna sed his fient corde recepta pio.

Hæc geminis manibus xeniola capefcite docti,

Author enim posthac nobiliora dabit.

MARINI MOLINEI

ad librum Terraſtichon.

In medium vulgi tutus liuoris edacis

I liber ac Momi scommata despicias.

Omnibus & quamuis studeas pergratus haberi:

Exoptes citius posse placere probis.

IN N O M E N A V T O R I S
sempiternum Io. Fourmouij Lugdunæi
O C T O S T I C H O N .

*Culta quidem ingenio quercus Mariana manebit,
Et canet seclis innumerabilibus.*
*Tempus edax palmam Deli non destruet ævo,
Non oleam pinguem Palladis arte satam.*
*Nam quæ natura non possunt stare sub orbe
Hæc scriptis durant: non peritura χσὸν ὄν
Mortalem mater num te genuisse putabat?
Stirpibus at viues longius hisce soli.*

INDEX RERUM ET VER-
borum memorabilium per A. priorem
paginam, per B. posteriorem signi-
ficari &c.

<i>A. T. id est alpha & tau salutare</i>	<i>Anibalis seueritas.</i>	fo. 3. B.
<i>literę absolutionis &c. ☉ & tristes cō-</i>	<i>Anchoraria pœna.</i>	fo. 48. B.
<i>demnationis & N. indifferentes. fo. 15.</i>	<i>Animalia an loquantur & se intel-</i>	
<i>Abigeus quādo seuerius puniatur. 20</i>	<i>ligant.</i>	fo. 39. B.
<i>A fabis abstineto adag. 15</i>	<i>Andreas bodolus conuitijs affectus</i>	
<i>Accusare qui prohibeantur quibus</i>	<i>dum duceretur ad suppl. sic & pho-</i>	
<i>pernit. acausare accusat. quando ex-</i>	<i>cion.</i>	fo. 16. B.
<i>cusentur si non probent quanto tem-</i>	<i>Apocarteresis suppl.</i>	fo. 31.
<i>pore extingantur. fo. 88.</i>	<i>Aporaphodinosis suppl.</i>	fo. 46. B.
<i>Accusato tres hora dabantur. fo. 16.</i>	<i>Asini umbra.</i>	fo. 9.
<i>Accusatis lege Pompeia prohibitum</i>	<i>Aspidibus obijci suppl.</i>	fo. 16.
<i>se laudare. fo. 14.</i>	<i>Archite humanitas.</i>	fo. 90. b.
<i>Accusatori magis fauetur à principio</i>	<i>Aristodemus infamia notatus. f. 51. a</i>	
<i>in medio litis ex equo in fine magis</i>	<i>Aristidis historia.</i>	fo. 56. B.
<i>reos. fo. 17.</i>	<i>Arcei à templis à foro pœna. f. 49. b</i>	
<i>Ademptio libertatis. fo. 52. B.</i>	<i>Archium suppl. siue cyphonismus,</i>	
<i>Agitatio iter duos capetes sup. f. 25. a</i>	<i>fo. 34.</i>	
<i>Aesopi mors. fo. 21. B.</i>	<i>Paratilmos.</i>	fo. 46. b.
<i>Aegyptiorū iudiciū iuramēta. f. 4. A.</i>	<i>Aures an amputandę suri. fo. 42. b.</i>	
<i>Adulter. pœna. fo. 46. B. & fo. 47. B.</i>	<i>& seq. & quod memoria sacra sint</i>	
<i>Albus calculus aut niger quid. 15. B.</i>	<i>& ibi multa &c.</i>	
<i>Alphonsus rex noluit cōdonare pœ-</i>	<i>Aurum Tolosanum. fo. 20. B.</i>	
<i>nam corporalem. fo. 92. B.</i>	<i>Athenodori consiliū. fo. 90.</i>	
<i>Alexandri mos dum litigantes au-</i>	<i>B.</i>	
<i>direr. fo. 17. A</i>	<i>Barbę vastatio pœna fo. 57. 58. 59. 60</i>	
<i>Amalasiunte reginę mos dum dan-</i>	<i>Barbę encomium & vituper. eodem.</i>	
<i>naver reos &c. fo. 19. B.</i>	<i>Bonis pœmia danda eis nocet qui</i>	
<i>Agripinus dānatis ad mortē. fo. 19. b</i>	<i>malis parcit. fo. j.</i>	

- Biganis qua interdita. fo. 72. b. & sequenti.
- Bñficiis privari pœna. f. 68. b. & seq.
- Albestias damnari vel bestis obijci suppl. fo. 25. b.
- Blasph. puniuntur apud Tolosates & blasph. pœna. fo. 26. & fo. 49.
- Bonorum annotatio proscriptio. f. 60 b.
- Bruta suppl. afficiuntur. fo. 39. b. & sequenti.
- C.
- Cardalbac campana Tolosa. fo. 14. b.
- Crinium abscisio. fo. 47.
- Catoni censorio erecta statua. fo. j.
- Carislaus regno cur inutilis haberetur. fo. 2.
- Cassianus iudex. fo. 10. A.
- Cotis rex Trachum. fo. 3.
- C. clericus de vita & ho. intellectus. fo. 49 b.
- Cathena principis iudicium in egipto fo. 4. a.
- In qua ciuitate nõ permoctandũ qua infœlix sit & cito peritura, fo. 2.
- Cõscientia malos torquet etiam principes & ibi multa & c. f. 73. b. & seq.
- In carnifices lex poena, fo. 13. a.
- Capitis amputacio, fo. 22. b.
- Castrare hominem prohibitum. fo. 45. a.
- Carceris diuerse species. fo. 68. B. & sequenti.
- Corasius senator Tolosanus. fo. 18.
- In Cicerõis causa. xxx. milia hominũ veslem mutarunt. fo. 14. b.
- Creta notare aut carbone quid esset. fo. 15. b.
- Comprehendimatus. fo. 18. b.
- Cratis suppl. fo. 26. a.
- Corporis laceratio. fo. 21. b. & 22.
- Corpora damnatum an sepellienda fo. 36. & duabus sequentibus.
- Ciuitates cõbustæ solo equate. f. 41. a.
- Coctis cibi vti ad focum accedere pœna collaria pœna. fo. 48. b.
- Censuris ecclesiast. vti quando liceat. fo. 68. a. b.
- Clerici verberari & remis addici possunt, fo. 70. b.
- Consilia praua qua exitium sortita non fuerunt quando vendicanda. fo. 82. a. b.
- Corporalis pœna an commutari possit in corporalem. fo. 61. a. b.
- Crimina quaedam publica priuata alia ordinaria extraord. qua accusatore indigeat & qua non. fo. 86. & sequenti, a. b.
- Cognitor regius non accusat sine instigante. fo. 89. b.
- Confessio sola non sufficit ad condemnandum. fo. 89. b.
- Cyprianus in iudices crudeles & c. fo. 91. b.
- Ciuitates vastantur crudelibus & frequentibus supplicijs. fo. 91. b.
- In carcere necandi mos antiq. fo. 33. a.
- Concali commentum. fo. 57. b.
- Circes diuerforium. fo. 7. b.
- D.

Damnatis ad mortem an denegand. eucha.	fo. 81. a.	Excoriatio siue cutis detractio suppl. fo. 29. a.
Damasceno manus amputata.	f. 44. a.	E tribus vnum adag. antiq.
Delatorum encomium rursus impro- bitas & poena.	f. 9. a. & b. fo. 56. & sequenti.	Euphrates philoso. haustu cicuta è vi- uis excessit.
Decimatio centesimatio.	fo. 24. a.	Exilium portus salutis.
Dei iuslitia.	fo. 4. b.	Exilium in terra vel mari.
Deus secreti mali vindex.	fo. 4. b. & sequenti.	Exilium ecclesiasticum.
Decolatio inter suppl mors honestissi- ma.	fo. 23. b.	Ephesiorum lex in virtute praestantes fo. 56. a.
Deportatis exilium religatio	fo. 54. b.	Excommunicatio anathema. & c. fo. 67. a.
& sequenti.		Ecclesiast. magistra. vtuntur bonorum publi.
Decolorum poena.	fo. 66. b.	Epygoni digami monogami progoni. fo. 72. b. & sequenti.
Dei bonitas adinabilis.	fo. 64. b.	Exemptiones monast. ab episcopo an- tiquate.
Deus magist. exemplar se ostendit.	fo. 91. a.	Eunuchi qui spadones.
Deposito sacerdotum ab alta. mini. fo. 66. b.		fo. 45. p. & sequenti.
In delictis vindicandis. qua cõcid. viroq; & c.	fo. 79. & sequenti.	F.
Diphedya louis	fo. 5. a.	Francici regis clementia
Diuturnitas impunitatis cur à Deo malis. & c.	fo. 4. b.	Fustigationis poena an insamer. fo. 42. a.
Diaphedemonis suppl.	fo. 21. b.	Fauces aures ita excoescunt vt eis vtantur vestium loco.
Diogenis pbiloso. adoloscencia.	f. 98. b.	Faciem deformare cauterio prohibi- tum.
Domitiani crudelitas.	fo. 21. b.	fo. 43. b.
Doris priuatio.	fo. 65. b.	Fuga lata qua fo. 55. a.
Dolabra vtuntur Tolosani in capite reorum amputando.	f. 22. b.	Fumo necatus Thuvinus.
Druida gallorum sacerdotes.	fo. 68. b.	fo. 32. a.
Draconis leges humano sanguine scri- ptas cur diceret domades.	fo. 12. verso.	Flamminius & Herodes ad votum muliercularum quarum amorei deti- nebantur reos consecerunt.
		fo. 95.

E.


G.

Gladij quam securis pœna honestior & recentior.	fo. 22. b.	fo. 90. a. b.	Iudex innocenti statim debet à car- cere liberare.	fo. 62. a.
Gladium puero committere quid.	fo. 93. b.		Iudex debet medicum imitari soliti- tis pœnis uti debet.	fo. 91. a. & b.
Degradatio pœna.	fo. 71. b.		Iudicis electio in pœnis & c.	fo. 91. b.
Gladius delphicus.	fo. 5. a.		Iudex debet carere animi perturba- tione.	fo. 90. b.
H.			Iudex potest fingere pœnam capita- lem vel questionis.	fo. 39. a.
Herculis laus.	fo. 4. b.		Iudicium ignorantia perniciofa.	fo. 93. a. & sequenti.
Hidra sophista quis, bidrix caput am- putare quid.	fo. 30. a.		Iouem Aristothecnam cur diceres antiqui.	fo. 4. b.
Hamotrahones qui.	fo. 30. a.		In regenda Repub. plus valet pœna quam lenitas.	fo. 11. b.
Hermotimi eunuchi historia.	f. 46. a.		Ignis suppl.	fo. 28. a. fo. 29. b.
Homine indocto nil iniustius.	f. 93. b.		Iaco. de. Oza. caturcen. Ioannes. 22.	fo. 29. a.
Homo vna Dei imago ex Pictag. quid homo ex trimegisto.	fo. 94. b.		Iuuenilis etas facilius reddit humo- rem vesice molesta est senibus distu- ria.	fo. 93. b.
I.			Innocenti qui nocet seipsum vulne- rat.	fo. 100. b.
Iacobi Foscarj iniusta condemnatio.	fo. 28. a.		Interdictum ecclesiast.	fo. 68. b.
Ira magistratuum necessaria.	fo. 6. a.		Inauditus inexanimatus non dam- nandus.	fo. 89. b. & fo. 90. a.
Iudicium vrna.	fo. 15. a.		In animatorum suppl.	f. 40. a. b.
Iudex Aegyptus adag.	fo. 4. a.		Ioan. Darco. combusta.	fo. 36. a.
Iudicium simulacra.	fo. 4. a. & f. 11. a.		Infamiae nota duplex	fo. 4. 9. a.
Iudex crudelis non est qui malos in- gulat.	fo. 7. b.		I.	
Iudices leges clementiores puniuntur sic & seueriores.	fo. 8. a.		Lancearia pœna, passer par les pic- quis.	fo. 30. b.
Iudex iuris iustitiae & Reip. proditor qui nocentes absoluit.	fo. 9. b.		Lex alberina.	fo. 11. b.
Iudicis indulgentia taxatur.	fo. 5. b.			
& sequenti.				
Iudex excoriatus.	fo. 9. a.			
Iudicis seueritas clementia preferen- da.	fo. 9. b.			
Iudicium versutia.	f. 01. b.			
Iudex nimium seuerus taxatur.				

<i>Lex portia.</i>	fo. 55. b.	<i>Miconis flamma.</i>	fo. 55. b.
<i>Lex glaucia.</i>	fo. 92. a.	<i>Mortuorum suppl.</i>	fo. 36. a.
<i>Lex Theodrici.</i>	fo. 62. a.	<i>Mortui accusari possunt, & defendi</i>	
<i>Lex in debitores fallitos.</i>	fo. 70. a.		fo. 36. a.
<i>Lingua abscissio permissio.</i>	fo. 49. a.		N.
<i>Literarum notule sunt simulacra vocum,</i>	fo. 79. b.	<i>Nobilium arma insignia deijciuntur à locis publicis si deliquerint.</i>	fo. 35. b.
<i>Libri combusti.</i>	fo. 61. a.	<i>Nuditas pœna.</i>	fo. 47. a.
<i>Linia memorabile consiliū.</i>	f. 95. b.	<i>Narium truncatio.</i>	fo. 44. b.
<i>Lysimachus beneficus pius leoni obiectas.</i>	fo. 25. b.	<i>Nobiles malunt decolari quam suspendi.</i>	fo. 22. b.
	M.	<i>Nocens absolutus iterum potest in iudicium trahi, & cōdemnari,</i>	fo. 17. b.
<i>Malorum impunitate nil pestilentius.</i>	fo. 3. b.	<i>Nero laudatur.</i>	fo. 95. a.
<i>Magistratus lapidandus qui inuitat subditos ad scelera.</i>	fo. primo. a.	<i>Nocens nemo absoluitur se iudice.</i>	
<i>Mezentij crudelitas.</i>	fo. 24. a.		fo. 74. a.
<i>Mali tandem incidunt in molares deorum.</i>	fo. 5. b.	<i>Nudipedalia pedes frigidos aut calidos quid.</i>	fo. 48. a.
<i>Membra quatuor precipua in homine.</i>	fo. 6. a.		O.
<i>Malorum interitum nemo lugere debet.</i>	fo. 6. a.	<i>Octo pœnarum genera.</i>	fo. 3. b.
<i>Maiorum more puniri qui dicerentur.</i>	fo. 20. b.	<i>Oftracismus Atheniensium.</i>	f. 56. b.
<i>Mallearium suppl.</i>	fo. 24. a.	<i>Obiurgatio publica sumpsit.</i>	fo. 50. a.
<i>Magistratus non debent, vii supplicij, exquisitis sed solitis.</i>	fo. 91. a. & sequenti.	<i>Oculorum effossio suppl.</i>	fo. 33. a.
<i>Mansencallus prothoprases senatus Tolosani.</i>	fo. 35. b. fo. 99. a.		P.
<i>Metallaria pœna.</i>	fo. 32. b.	<i>Privati sepultura pœna ibi multa de sepultura.</i>	fo. 36. b. & seq.
<i>Mirracio pœna fori ecclesiasti.</i>	f. 72. a.	<i>Prosenlaria leges.</i>	fo. 50. a.
<i>Mulcta verbum oscum.</i>	fo. 62. b.	<i>Paratimos suppl.</i>	fo. 46. b.
<i>Mulcta grauiſſima & minima eodē.</i>		<i>Præceptores nimis crudeles in discip. puniuntur.</i>	fo. 52. a. b.
		<i>Pœna nulla maior quam cum Deus privat hominem lumine mētis.</i>	f. 5. b.
		<i>Princeps leges animate.</i>	fo. 93. b.
		<i>Prætorum Romanorum virge securibus alligatę cur præfereretur.</i>	f. 90. b.

Piētati clementia.	fo. 55. a.	ribant.	fo. 34. b.
Privati civiliter tantum iniuriam sibi illatam prosequuntur,	fo. 58. b.	Rote suppl.	fo. 24.
Plumbata um pœna,	fo. 29. a.	Refudium.	fo. 65. a.
Parridarum suppl.	fo. 27. a.	S.	
Precipitationis pœna sublata.	fo. 21. a	Sardanapali. ci quando se beate vine	
& b.		re credāt.	fo. 3. a.
Pictas & lenitas nimia reprehenditur toto. primo cap.		Sagittaria pœna.	fo. 30. a.
Preco anteit damnatos ad mortem dum ad suppl. ducūtur enaryans in trivis uomen rei & sacinus.	fo. 13. b.	Sanis literatorem neminem adag.	fo. 43. b.
& sequenti.		Seueritas salutaris vincit inanem speciem clementia & lenitatis toto c. j.	
Pœna cur à flagitijs exigende & id publice eodem.		Sententia sine consilio damnatio siue defencioe immanis barbaries. f. 100. b	
Proemio & peroratione vii reis prohibicum.	fo. 14. b.	Sella iudicū concessa lectus mensure.	fo. 53. a.
D. à Paulo preses Tolosanus f. 63. b,		Sententia executio lata à principe per triginta dies difertur.	fo. 18. b.
Q.		Scale Gemonia.	fo. 20. b
Quadrigarum suppl.	fo. 21. b.	Sclopetaria pœna.	fo. 30. b.
Quadrupli tripli dupli pœna. f. 62. b.		In scaphis inclusio.	fo. 24. a.
R.		Sylla primus Romanos morte damnauit.	fo. 13. a.
Ramundus comes Tolosanus apoplexia perit & vbi sepultus.	fo. 36. a. b.	Scorū nudū ferre pœna & c. f. 50. a.	
Remis adducuntur rei in gallia. f. 52. a		Sophocles taxatus à pericle.	fo. 19. a.
Regum & magistr. offi. præcipuaq; metra.	fo 93. b. & fo. seq,	Socratis constantia. fo. 11. b. & sequē.	
Respubl. duabus rebus maxime coninetur. fo. primo & sequ.		Soli sacerdotes olim in malos animaduerbant.	fo. 1. b.
Reipubl pestis.	fo. eodem	Suppl. & pœna timor virtutis alimētum.	fo. 2. a & b.
Respubl. quibus maxime sulci. seruenturq;.	fo. primo.	Suppl. caritas compensatur grauitate suppl.	fo. 5. a.
Reges Aegiptiorum Pharaones zelotes cur dicti.	fo 3. b.	Suppensio suppl. ignobilium ignominio sum.	fo. 22. b.
Reorum mos dum in iudicium veniunt.		Supplicijs variis facile mores in honestate conseruantur.	

- Suspensionis pœna in foro ecclesiast.**
varia. fo. 67. b.
Suspensio subauxillis. fo. 52. a
Suspensio intersectio suppl.
suppl. ab studijs sumere &c. fo. 62. a.
Suppl. ab statuis. fo. 34. b. & sequen.
In secundo nubentes pœna. fo. 66. a.
Statua erigebantur viris fortibus.
 fo. 35. a.
Sceleris enormitas quid faciat. fo. 83. b
 & fo. sequenti.
 T.
Testiculorũ amputatio pœna. f. 45. a. b
Testiculos sibi amputare prohibitũ.
 eodem.
Talionis pœna sublata. fo. 43. b.
Tempus in vindicandis criminibus
consid. fo. 81. a.
Termeria mala. fo. 4. b.
Themistoclis adolescentia. fo. 98. b.
Theodosi vox memorabilis. fo. 95. a.
Tiberi lex. fo. 18. b.
Ha saxo sarpeio deiectio vel cliuis
capitolinis. fo. 20. b.
 V.
Vendere seipsum prohibitum. f. 52. b.
Vena scindebatur militibus. fo. 51. b.
 & sequen.
Vxorem ducere prohibitum. fo. 54. b.
Vires habere nouellare quibus probi-
bitum. fo. 54. a.
Vigilia continue genus suppl. fo. 65. a.
Vitam in melius quã commutarint.
 fo. 98. & sequenti.
De umbra asini fabula Demostenis.
 fo. 19. a.
Vox poëti gaudentis dum mali da-
reut pœna. fo. 5. a.
Vindictam scelerum intermissam sa-
bularum inuolucris antiquitas ob-
nelauit. fo. 5. a.
Venenum suit olim instrumentum
mortis inferende. fo. 21. a.
Vita hominis non est temere auferen-
da. fo. 94. b. & sequenti
Vitoldi regis lex de barba non radē-
da. fo. 58. a.
virtus pœna non caruit lege Ephe-
siorum. fo. 56. a.
Vxori non licet tangere virũ nec qui-
dem digito etiam in adultero depre-
hensum. fo. 65. b.
 Z.
Zaleucys lex in adulteros & vindi-
cta &c. fo. 31. a.
 FINIS.



E R R A T A.

Per A priorem paginam, per B posteriorem.

~~Folio quarto linea secunda lege nomen fo. 5. B. li. xx. lege dilari fo. viii. B.
 lege seniores fo. lege. li. 7. Arta id. & Cicero fo. li. 8. cum. fo. 19. li. fo. 22. a.
 leg. Smitnonfo. fo. li. 12. a. b. facuunt fo. 20. line. l. areneatio. f. 21. li. 2. l. 2. Ci-
 cero. f. 25. li. penult. l. q. regio. f. 26. b. li. 2. & dicti. f. 28. li. 15. b. l. torrens. f. 29. li. pe-
 nult. b. Arheifni. f. 31. l. 2. l. disiffet. f. 34. li. 16. li. onebant eodem li. penult. l.
 cuiusque eodem b. li. 9. expunge nōli. 20. expung. & fo. 41. b. penult. li. adde
 tribuatis dabat. f. 42. b. li. 25. l. huc. f. 43. a. li. penul. fauetis. f. 44. li. 10. b. l. nume-
 lato. f. 44. b. l. imperatoris. f. 45. li. 16. l. euitram. f. 49. b. l. terminus. f. 50. b. viii. li.
 l. Termopytarum. f. 51. b. li. 5. l. reis. f. 55. li. 19. b. subuectere. f. 56. a. li. 1. leg. sua-
 f. 5. li. 5. a. l. tranurus. f. 58. li. 6. l. grauiorem f. 67. li. 12. a. l. flamina eodem. f. l. 15.
 omak. 64. b. li. 10. hannuo. quod li. 13. l. cuius. f. 68. a. li. 17. l. cōmunicareque-
 lev. b. li. 5. l. potu. f. 72. li. 19. a. li. 19. l. Nero. f. 78. b. li. 12. l. agnosce. f. 82. li. 20. a.
 l. nemp. f. 82. b. l. ibi occidend. add. animo. f. 94. l. infariabili. f. 95. b. li. 18. l. in-
 somnes.~~